



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

8026

ee 18





800600.10

---

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

DOMINIO  
MARIS SVEVICI

VVLGO

LACVS BODAMICI

---

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

ERNESTO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM AN  
GARIAE ET WESTPHALIAE RELIQA

D. IMPERAT. AVGVST. OMNIS EQVITATVS CAESAREI CVM  
IMPERIO DVCE LEGIONVMQVE DVARVM CATA  
PHRACTORVM EQVITVM AC PE  
DITVM PRAEFECTO.

---

PRAESIDE

CHRIST. GOTTL. BVDERO

SERENISSIMIS SAXONIAE DVCEBVS A CONSILIIIS AVLICIS IVRIS  
PVBLICI FEVDALIS ET HISTORIARVM PROFESSORE  
PVBLICO ORDINARIO, COLLEGIQVE IVRIS  
CONSVLTORVM ADSESSORE

PRO LICENTIA

SVMOS IVRIS HONORES CONSEQVENDI

DIE VI. IVLII A. O. R. M DCC XLII.

PVBLICAE DISQVISIONI SVBIICIT

IO. CHRISTOPH. WEGELIN

LINDAVIA - ACRONTANVS. K

---

IENAE LITTERIS CROEKERIANIS.



S. R. L.  
LIBERAE ET INCLYTAE  
REIPUBLICAE LINDAVIENSIS  
**PROCERIBVS**

ANTIQUISSIMA STEMMATVM PROSAPIA GRA  
VITATE PIETATE MVNERVM MERITO  
RVMQVE IN PATRIAM SPLEN  
DORE CONSPICVIS

D O M I N I S  
**TRIVMVIS CONSVLARIBVS**  
**PRAETORI AC PRAESIDI**  
**DICASTERII**

**CONSILIARIIS**  
**SANCTIORI CONSILIO ADLECTIS**  
ET RELIQVIS

**PATRIBVS CONSCRIPTIS**  
**PATRONIS AC MAECENATIBVS**  
INDVLGENTISSIMIS  
**STATORIBVS CONSERVATORIBVS CVRATORIBVS**  
MERENTISSIMIS  
**PERENNEM FELCITATEM**



V I R I  
PERILEVSTRES PERQVAM GENEROSI  
MAGNIFICI PRAENOBILISSIMI AM  
PLISSIMI IVRISCONSULTISSIMI  
PRVDENTISSIMI QVE  
DOMINI AC PATRONI OMNI HONORIS  
ET OBSERVANTIAE CVLTV  
DEVENERANDI

**S**I nascimur Patriae Ciues, officia nostra  
requirunt, vt in iura eiusdem penitius  
inquiramus, & ab iniuriis aliorum vir-  
dicemus. Nihil sane prius nihil antiquius  
Maiores nostros Lindaienses habuisse, quam  
vt pro vtilitate & commodo Conciuium suo-  
rum ac subditorum libertatem, iura ac pri-  
uilegia Patriae in lucem edita, facta tecta con-  
serua-

seruarent, varia eaque luculentiora testimonia publica demonstrant. Id quod studio Academico publico specimine valedicere iussus omnino pensi habens, secutusque vestigia paterna, a quo elapsis abhinc XXX. annis in hac ipsa Salana iura Patria, quibus in terra continenti gaudet a temporibus antiquissimis Phyllyraea nostra prae Parthenone, Inaugurali Dissertatione, quam inscripsit:

*Ciuitatis Lindau. praerogatiua antiquitatis prae Ill. ad D. Virginem Coenobio, eiusdemque famosi Diplomatis Ludouiciani falsitas contra iniqua Maximil. Rafsleri S. I. nuperae vindicationis argumenta denuo detecta &c.*

pro aris & focis defensa, iam nunc ea quoque iura mihi cordi curaeque fuerunt, quibus praecellent Principes ac status Circuli Sueuici, interque eos praeprimis Ciuitas Lindaugia in aquis Acronianis vel sic dicto mari adiacenti Sueuico, quae vel maxime hac nostra aetate inuidioso passim supercilio suscipiuntur.

Argumenti indoles, grauitas eiusdem & amplitudo, cui quippe ex asse elaborando nec ingenii vires sufficiunt, nec subsidia suppetunt,

tunt, ab hoc conamine me facile deterruisset, nisi in rebus quoque arduis vires periclitandi, insimulque Cuius boni & submissi Clientis iustos explendi terminos, in crimen vocari haud posse arbitratus sim. Eaque ipsa ratio me mouit, Vobis, VIRI PERILLVSTRES ac MAGNIFICI, has studii mei primitias consecrare, & in debitae pietatis & obseruantiae tesseram, ea qua par est animi humilitate offerre.

Non equidem me latet, quibus infectationibus Parens optimus impetitus olim fuerit ob insignem istam operam non minoribus sumtibus Patriae impensam, nulla prorsus ratione habita, quod ringente licet inuidia, summorum doctissimorumque Virorum (\*) calcu-

\*) L. B. de LEIBNIZ in Ep. ad STRVVIVM de dat. Hanov. 25. Iul. 1712.

B. G. STRVVII ad IO. REINH. WEGELIN de dat. Jen. 24. Aug. 1712.

Illustrissimi Comitis H. de BVNAV de iure circa rom mones. in Germ. §. 33.

Ill. de LVDWIG in Reliquiis MStorum omnis aevi Diplom. T. I. in Praefat. §. 23. ex in Germ. Principe L. I. C. 3. p. 297. seqq.

N. H. GVNDLING in Proleg. Hist. Imp. §. 36. & 37.

GABRIEL. SCHWEDER. Diss. de priuileg. confirmat. §. 19.

HAHN. Teutsch. Reichs und Kayser - Historie. P. I. C. 7. §. 8. Lit. r.

calculo suffulta, in hunc vsque diem Hyperaspistis Coenobialibus fudes in oculis fuerit, & hactenus inconuulsa restiterit. Quemadmodum vero

*pascitur in viuis liuor, post fata quiescit;*  
Ita quoque nullus haesito, facie iam mutata hac mea lucubratione qualicunque, haud tamen ingrata, vt auguror, nec Reip. Lindauensi inani futura, in conspectum vestrum prodire, & exiguo hocce obsequentiissimi animi pignore pretiosissimum vestrum fauorem mihi conciliare.

Benigno itaque suscipite vultu vindicias istas libertatis Metropoli in superiori maris Sueuici parte iure optimo competentis, & veluti WEGELINORVM munia iam per integrum Seculum studiis meritisque Venerabilium quondam Antistitum Ecclesiae Lindau. primariorum, Matthiadum, tam Proauū quam Patruū, Consulū item merentissimi Io. Christoph. Aui mei b. m. & Genitoris Io. Reinh. Wegelin. per duo & quod excurrit lustram Syndici partes tenentis, aeternum deuen-

PFEFFINGER in *Vitriario illustrato* L. I. Tit. 15. p. 1316.

C. H. ECKARD in *Introd. ad rem Diplom. in Prooem.* §. 20.

ACTA ERVDIT. GERMAN. T. I. P. XI. art. 12. p. 954.

¶c. ¶c.

nerandi, proprietatis quasi iure iam sunt acquisita, etiam insimul me ipsum meaque studia patrocínio vestro commendata habere non dedignenimi.

Quod superest, summus rerum arbiter, Deus T. O. M. qui regna in sua potestate habet, restituat Imperio auream pacem, quam inter spem & metum expectant omnes boni, Ciuitatumque Imperialium iura libertatesque ex integro conseruet, vos autem, qui clauum Reip. Lindaiensis tenetis, perenni felicitate coronet, vestraque consilia in salutem Patriae maxime temporibus hisce turbulentissimis ~~exoptatissimo secundet euentu.~~ Viuite, fauete, valete. Dab. Ienae. d. xxvii. Iunii A. O. R. M DCC XLII.

PERILLVSTRIVM GENEROSORVM  
AC MAGNIFICORVM VESTRO-  
RVM NOMINVM

*submissa et humillima reuerentia  
deuotissimus*

IO. CHRISTOPH. WEGELIN.

L. V. G.

DE DO-



DE  
DOMINIO  
MARIS SVEVICI.

---

CAP. I.  
ETYMOLOGICA AC TOPO-  
GRAPHICA DESCRIPTIO  
MARIS SVEVICI.



§. I.

*Arvis* siue *Lacus Suevici* conditionem Iuris-  
dictionalem quando Academica hac Dis-  
sertatione enodare in animo est, haud abs-  
re fuerit, si scrutinia Etymologica, quae  
in euoluendis nominum, quibus *Lacus* appellatur, origi-  
nibus, occurrere solent, quaeque cum Topographica eius-  
dem designatione tractationi huic difficiliori et haecenus a  
nemine susceptae, non parum lucis afferre poterunt, prae-  
mittantur, quae quidem iam antehac a conterraneo et con-  
ciue

A

ciue quodam M. GEORGIO IACOBO MELLINO p. t. Antistite primario Ecclesiae *Campidonensis* in *Algoiua* a) delibata, iis tamen alia atque alia non vbiuis obuia addere, latiusque exponere licebit. Audit vero Lacus iste plurimis et tantum non antiquissimis Historicis *Rbeni Lacus*, aliis *Acronius*, aliis *Brigantinus*, et *Bodamicus*, nonnullis *Möesius* et *Constan-tiensis*, Accolis quoque olim quibusdam *Wühsee* et vulgo *der Bodensee*. Quae nomina quod ex varia variorum impositione sint orta, etsi nemo non videt, interim tamen cum *ἔτυμον* cuiuslibet perscrutari necessarium videatur, ad singula ea qua par est breuitate redibimus.

§. II.

Prima denominatio oritur ex eo, quod non solum ipse fluuiorum Caesar, vt loqui amant de Rheno, ex summis illis Alpibus, quibus Gothardae et Adulae vulgo Vogelsberg nomen est, per valles, quas teste PLINIO ac PTOLOMAEO Rhegusci seu Rugusci populi, hodie *Rheinthaler* olim incolabant, decurrens non ita longe a *Reinecto* oppido Heluetico a Lacu excipitur, sed etiam quod ille ipse Rhenus medium intermeans Lacum seruato colore et alueo suo nullibique aquis Acroniis mixtus defluat, idque ex antiquissima traditione AMMIANI MARCELLINI b) qui historiam suam

a) In Dissertat. de *Antiquitatibus Lacus Bodamici*, sub Praefatio quondam CASP. SAGITTARII A. 1693. publico Eruditorum examini in *Alma Salana* exposita.

b) *Lib. XV. c. IV. Edit. Gronov.* vbi rem ita tradit: *Inter montium celsorum anfractus immani pulsu Rhenus exoritur per praeruptos scopulos extenditur, nullis aquis externis adoptatis, ut - - per cataraclas inclinatione praecipiti funditur Nilus. Et nauigari ab ortu poterat primigenio copiis exuberans propriis, ni ruenti curreret similis potius quam fluenti. Iamque absolutus, atque diuortia riparum adradens, lacum inuadit rotundum et vastum, quem Brigantiam accola Raetus appellat, perque CCCCLX. stadia longum, parique pene spatio late diffusum, horrore flumarum squalentium inaccessum, (nisi qua vetus illa Romana vir-*

suam tempore Valentiniani scripsit, et tam veteris quam recentioris aevi Historicis ac Geographis c) fabulandi occasionem dedisse videtur, fluuium istum Rheni aquis Lacus sese prorsus non immiscere, sed prout de Arethusa Arcadiae, vel etiam de Rhodano fluuio d), non longe a Rheni fontibus surgente, produnt, nullis alienis receptis aquis per medium vndarum Acroniarum angusto alueo coercitum defluere, et Constantiam urbem prope per pontem incitatori cursu ad ostia maris tendere. Sed quam vana et anilis fabula haec sit, dudum MÜNSTERVS aliique Lacus Bodanici aecolae agnouerunt. Facile quippe omnibus ac singulis quotidie transuehentibus, in oculos incurrit, quod Rhenus paulatim ab ostio suo mediis in aquis Acroniis sese prorsus abdat, sicque conditus iis et immersus per multa stadia, iuxta Constantiam tandem, vbi Lacus angustioribus ripis coarctatus, ad instar Supermodii, *über Eych*, et fluuii etiam Rhodani ad oras Geneuenses exundat, Rheni

A 2

nomen

*na virtus et sobria iter composuit latum) Barbaris et natura locorum et coeli inclementia refragante. Hanc ergo paludem spumosis strepente vericibus amnis irrumpens, et vndarum quietem permeans pigrum, mediam velut finali interfecat libramento, et tanquam elementum perenni discordia separatum, nec aucto, nec imminuto agmine quod intulit, vocabulo et viribus absoluitur integris, nec contagia deinde vlla perpetiens Oceani gurgitibus immatur.*

c) Quibus ipse etiam THUANVS L. II. de *vita sua*, vbi itineris per Lacum Acronium mentionem facit, assensum praebuit. Item CRYSIVS in *Paralipom. ad Chronic. Suen. C. XX.* et ex nouissimis HÜBNERVS in *Geograph. P. I. Lib. VIII. §. 5.*

d) De hoc fluuio Rhodano idem apud Veteres vtut falsissimum narratur mirabile. MELA Lib. III. C. 5. vbi: *Rhodanus Lemanno Lacu acceptus tenet impetum, seque per medium integer agens quantum venit, egreditur.* MARCELLINVS L. XV. *Paludi sese ingurgitat nomine Lemanno, eamque intermeans nusquam aquis miscetur externis.* Idem asserit PLINIVS L. II. C. 105. Et id ipsum vidisse testatur MERVLA P. II. L. 3. C. 9.



nomen denuo sibi arcessit, Venetique vel inferiori Lacui immixtus, posteaque in alueum redactus ad Oceani ostia deuehitur.

### §. III.

Lacus *Acronius* aut *Acromus* e) dicitur a POMPONIO MELA f), qui Claudii Imperatoris aetate vixit, HERMOLAO BARBARO, VADIANO, GLAREANO et BEATO RHENANO, qui cum multis aliis denominationem hanc sumtam esse vult a Vico illo *Romishorn*, infra Villam Arbonam ad Lacum sito, quasi a veteribus *Cromanshorn* seu *Crommeshorn* i. e. Cornu Lacus incuruati, ein Horn des Crommen See sit appellatus, eaque sententia non solum ST V M P F I V M, g), sed

e) Dubitatum enim est inter Historicos, Acromum an Acronium dicendum foret. Credidit tamen VADIANUS in *Ep. ad Rud. Agricolum*, apud MELAM legendum esse potius *Acronium*, quam *Acromum*. vid. GLAREANUS in *Descript. Helvetiae* ibique Comment. MYCONII n. 20. PLANTINUM *Heluet. antiq. C. XIV.*

f) L. III. c. 2. vbi Rhenum; testatur, ab Alpibus decidentem prope a capite duos Lacus efficere, Venetum et Acronium.

g) in *Chron. Heluet. P. II. L. V. C. 9.* vbi: *Solte hie der namn Acromus bestohn, wurde es ihm gleich stehen, daß dieser See von anders her von den beywohnern der Krommsee genennet worden, und der Latinisch Namn von den teutschen abgezogen war. Dann so man Ammianum rechts besicht, ist dieser See zu seinen Tagen am Einfluß des Rheins gar mäßig und sumpffig gewesen, und ohne Zweifel etwas nacher bey Rhynegk angangen, dann jetzmalen aber mit der Zeit hin von dem sand und latten der Einfluß des Rheins, der Bregentz und der Ahen, die aus dem wilden Gebürg herein lauffen, dermassen angefüllt und gedrungen, daß der See denselbigen Buckh oder Krumme etwas verlobren, und sich grader gestaltet habe, dann er des endes bey Ammiani Zeiten gewesen seye. Welcher oberzeblter Ursachen gründlich zu achten ist, daß auch der Bodensee an seinem Anfang zur Zeit des Kayfers Constantii und darvor etwas weyter und daß hinauf in das Rheynthal sich erstreckt, und daher den namnen Krommsee gehabt habe, und derhalb krommer gewesen sey, dann bey unsern tagen, welchem allem die*

sed etiam GOLDASTVM b) probatos Historiae Patriae scriptores patronos habere videtur. Cum tamen ex vetustissimis Coenobii Sangallensis Scriptoribus ipse etiam Stumpfius Goldastus et Rhenanus testentur, Pagum supra nominatum nongentos et quod excurrit ante annos non alio venisse nomine quam *Romanes horn i)*, cornu Romanorum, a Romana ut volunt Statione, veluti ac hodiernum *Romishorn*; quod autem *Crommes-born* vnquam sit appellatus, vnde vox *Crommasee*, vel durius aliquantum *Acromasee*, effigurari potuisset, ne verbulo vnquam indicatum reperitur.

## §. IV.

Alii *Acronii* nomen inde accepisse autumant, quod vbi latissime se extendit, etiam hyberno tempore calorem aestiuum prodat, et a frigore quamuis intensissimo nunquam congelatas esse illas aquas constat. Et quemadmodum vox *Acronius* graecam adgnoscat originem, et aliquid minus gelidum frigorique intenso obnoxium denotat, ita etiam VADIANVS k) haud abfimile esse scribit, quod hic Lacus a

A 3

Roma-

*die Form und Gestaltsame des gestads zwischen Stad und Hardt vor Lindau über genungsame Anzeigung gibt. Sotzher obbemeldten Ursachen zu achten ist, daß dieser See von den alten Teutschen der Kromasee oder graber Akromasee seye genennet worden.*

b) In Glossa ad EKKEHARD. Iun. de Cas. S. Galli T. I. Rer. Allem. p. 109. vbi: *ab antiquissimo et imperiali Oppido Potamo Lacui nomen inditum est Potamico, cum prius Acronius diceretur, quod nomen in Rbeguscia, quam bodie uallam Rboni indigitant, adhuc retinet, ut nominetur der ChromSee; Et Cromishorn, quod est Castrum cum villa ad ripam Lacus, sine dubio inde nomen inuenit, quasi Lacus Acronii Cornu.*

i) Vid. Charta apud GOLDASTVM d. l. p. 63. vbi dicitur: *Actum in villa Romanishorn An. regnante Imperatore Carolo II. sub Comite Adalberto.*

k) d. l. vbi *Acronium* dicendum esse docet, a priuatiua particula a. et *Cronium* siue Saturninum et frigidum, quo indicari possit, Lacum

Romanis, aut qui primi accolebant Heluetiis, ex testimonio IULII CAESARIS L. I. de *Bello Gallico* linguae graecanicae haud ignaris, *Acronius* fuerit nominatus, ad exemplum magni illius maris glacialis, quod teste PLINIO L. IV. C. XIII. et XVI. et PTOLOMAEO in *Descriptione Hyberniae* etiam graeco nomine *κρονίω* venerit. Quemadmodum autem graeca ista et grammatica deriuatio in historica grauitate minus apta censenda, ita etiam calor iste quasi natiuus Lacus Acronii, viuidis frigidisque fontibus vndiquaque et perpetuo scatentis, experientiae et veritati admodum repugnat, siquidem ex Annalibus Lindau. aliisque certo certius est, non modo ad margines Acronias istas aquas subinde fuisse congelatas, sed etiam omnem omnino Lacum saepius ita constrictum fuisse, vt quaquaversum sicco quiuis pede et onustissimis quoque plaustris potuerit transire, vbi etiam latissime se extendit, ab Arbona scilicet vsque ad Longam Argam, a Romishorna ad Buchornium, a Rosschachio, Vberlinga et Constantia ad Lindaugiam vsque, veluti Annales isti perhibent de Ao. 1076. 1077. 1277. 1325. 1379. 1435. 1437. 1497. 1565. 1571. 1573. et nouissime etiam de Ao. 1695. 1).

## §. V.

Nec etiam omnino nobis arridet sententia Venerandi PARENTIS, m) *ἔτυμον Acronii* seu potius *τροσυλλαβικῶς Acronii*

Lacum hunc nunquam gelu obdurari. Vnde etiam CRYSIVS in *Annal. Sueu. L. IV. P. I. C. 7.* toti Lacui, inquit, nomen est *Acronius*; forte a *κρονός* propter Saturniam frigiditatem, etsi non facile unquam frigore totus congelatur, quin in medio tamen apertus sit.

l) vid. CRYSIVS *Annal. Sueu. T. II. P. III. L. XII. C. 19.* et in *Paralipom. f. 85.* ZEILERS *Topograph. Sueu. voc. Buchorn.* et in *Chron. paruo Sueu. ad An. 1277.* WALSER. in *Nouo Chronico. Abbat. Cellens.* sub dictis annis.

m) In Tractatu suo, quem inscripsit: *S. R. L. Liberae Ciuitatis Lindau.*

*Acromi* deriuantis a crebris fluuiis, dictis *Aach n)* superiorem Lacus partem alluentibus, vt *Steinach, Goldach, Fuf-sach, Lauterach, Bregenzach, Leiblach*, imprimis vero a κατ' ἄρχην sic dicto fluuiolo *Ach*, prope Lindauiam, et finu illo incuruato, quem Lacus hic Superior Brigantiam versus et Rhenum facit, ita vt sit *Ach-Cromm* et concise *Acrom* reiecta aspiratione. o) Vnde etiam Lindauia in Lacu Acronio sita communiter dicitur.

## §. VI.

Sed explosa quoque fabula IO. BOCCACII p) de Praefecto quodam, cui nomen *Acronius* fuerit, plane alia nobis in mentem venit deriuatio; Et quemadmodum teste SCHOBINGERO q) dictio Lacus Acronii sine dubio vetustissima, et longe

*Lindau. Praerogatiua Antiquitatis prae illustri ad D. Virginem Coenobio, eiusdemque famosi Diplomatis Ludovic. falsitas contra iniqua Maximil. Rässleri S. I. nuperae Vindicationis argumenta denuo reiecta Ao. M DCC XII. Sect. II. §. 1.*

n) *Ach, Acha* est flumen et omnis aqua profluens, de quo plura Francorum testimonia prostant apud SCHILTERVM versione Psal-morum *Notkeriana*, vbi Iordanus et Nilus vocantur *Aba*. Vnde etiam probe monet FRITSCHE in *Specim. german. de permutatione Litterarum*, *Aba* pro flumine quomodo hodie extinctum videatur, vestigia tamen sui vbique in Germania reliquisse, non solum in nominibus fluuiorum *Kinzach, Aiterach, Geissach, Has-lach* (idque vel maxime circum circa Lacum nostrum Acronium, vid. STUMPF. d. l. L. V. f. 55.) sed etiam oppidorum *Rufach, Biberach, Bacherach* et similium, quoniam nomenclatura haec haud dubie ab alluentibus fluuiis desumpta est. WACHTER in *Gloss. Germ. voc. Ach*.

o) Cum quo etiam consentit IOA. GOROPIVS BECANVS in *Orig. Answerp. p. 947.* et STUMPF. d. l.

p) in *Tr. de Lacubus et fluminibus*, quem allegat F. FABRI in *Hist. Suen. L. 1. c. 3.*

q) In *Addit. ad VADIANI farraginem Antiquitatum* apud GOLDASTVM T. III. p. 109. *Rer. Allem.* vbi: *Lacus Bodamicus*, inquit, *ante Natiuitatem Christi et multo etiam post tempore di-Bus fuit Cronius Lacus, der Cromassee.*

longe ante natiuitatem Oppidi Brigantii vel Potami, vnde postea Latinis et Francis Lacus audit Brigantinus et Potamicus, vilitata fuerit, ita etiam peruersosimile videtur, originem suam habuisse ab ipsis *Sueuis* r), qui olim Accolae Maris *Balthici* fuerunt, et partim nouas quoque sedes in extremis hisce oris Germaniae quaesuerunt, nomenque Sueviae seruarunt. s) Idque inprimis patet ex eo, quod TACITVS sinum *Codanum*, qui nunc mare *Balthicum*, siue *die Ost-See* vulgo audit, appellet *Sueuicum* t), et quod etiam PTOLOMAEVS meminerit fluuii *Sueuii*, quem alii pro *Spreca*, alii pro *Odera* venditant u), quae hodiernum nomen *Swine* habet, vbi inter Insulas *Vsedom* et *Wollin* in mare excurrit. x) Cum autem in comperto sit, quod non solum Oceanus ille Sarmaticus seu Scythicus olim quoque Mare *Cronium* dictitatus, sed etiam inter flumina Sarmatiae, Sinum *Codanum* petentia, fluuius *Chronius*, nunc *die Memmel*, fuerit y) haud dubitandum, *Sueuos* illos veteres et accolae olim Maris ac fluminis *Cronii*, ~~conspicato mari~~ seu Lacu nostro, eodem ipsum insigniuisse nomine, ex quo postea

r) PTOLOMAEVS L. VI. *Geograph. C. XIV. et XV.* inter Scythicas gentes etiam *Sueborum* et *Suobenorum* expressè meminit, quid ergo vetat, quo minus antiquam Patriam gentis nostrae Sueuicae adgnoscamus, eiusque cum reliquis fere omnibus Germaniae populis initia ex Scythia petamus. BRECHENMACHER in *Notitia Sueu. antiq. §. 6.*

s) vid. illustrissimus Comes de BÜNAV in *teutscher Reichs- und Kayser-Historie, P. I. L. I. p. 32.*

t) STRVV. in *Corp. Hist. Germ. Prolegom. Sect. I. §. 24. n. 4.* CELLARIVS *Geograph. antiq. L. II. C. 5.*

u) CLVVERIVS L. III. C. 25. CELLARIVS d. I. HÜBNER Tom. III. *Geograph. P. IV. Art. 2.*

x) Vnde communiter tradunt, Regionem istam seu oram maris *Balthici* vel *Sueuici* veram et originariam *Suenorum* sedem ac patriam fuisse, de BÜNAV d. I. p. 32. et 40.

y) MARTIN. BEER. in *Geograph. Vet. et nou. §. 29. et 254.*

postea duriori aspiratione Mare vel Lacus *Acronius* dictus fuerit. z)

### §. VII.

Porro antiquissimis quoque rerum Germanicarum scriptoribus a) Lacus *Brigantinus* siue *Brigantius* audit, quis autem dubitabit, quaesitum esse hoc nomen ab ipso oppido vetustissimo, quod ad caput Lacus situm est, cum non solum ipsum *Brigantiae* b) vocabulum, quo vsi sunt accolae *Rhaeti*, teste MARCELLINO, sed et itineris tractus et intervallum XX. millia passuum vsque ad *Arbores Felicem*, hodie ARBONAM, iuxta *Itinerarium ANTONINI* conficiens, maxime id indicent. Quemadmodum etiam *Constantiensis* ab vrbe *Constantia* c), quam alluit Lacus, et *Möesius* a populis Möe-

B

lis Möe-

z) Eandemque fere sententiam nobiscum fouet FELIX FABRI Monachus Vlmensis. in *Hist. Sueu. Cap. X.* vbi: *Sueui a monte Sueuo recesserunt, et hanc nostram Regionem desertam colere coeperunt, eamque Sæuiam nominauerunt a se. Porro cum Lacum Constantiensem reperissent, eum Veneticum nominauerunt a Sinu Sarmatici maris, qui Veneticus dicitur, propinquus monti Sueuo et soli natiuitatis eorum, et populum iuxta Lacum illum superiorem habitantem nominabant Venetes. Lacum autem inferiorem Acronium nominabant a fluuio, qui terram Venetam alluit, et in sinum Veneticum decurrit, cui nomen est Chronon, de quo Acronius venit. Haec clare in Tabula octaua Europae Ptolomaei videntur etc.*

a) PLINIO L. IX. C. XVII. IVL. SOLIN. C. XXIV. STRABONI L. IV. PTOLOMAEO *Geograph. L. II.* et MARCELLINO L. XV.

b) BODINVS credit, Latrones, Gallis *Brigands*, nomen a populis circa Lacum *Brigantium* incolentibus accepisse, et testatur etiam STRABO, populos istos latrocinii fuisse deditos. vid. PLANTINVS de *Heluet. antiq. et nou. C. XIV.*

c) Cuius *Descriptionem Topo-Chrono-Stemmatographicam* nobis dedit BVCELINVS ordinis S. Benedicti et Imp. Monasterii Weingart. Asceta, in peculiari Tr. Ao. 1667. 4. edito et nouissime IO. FRID. SPETH Synd. Constant. sub magnifico Titulo: *Constantini M.*

lis *Mœsus*, qui has quoque oras quondam incoluisse dicuntur, et a quibus Ciuitas ista *Mesopolis* siue *Mœsiopolis* appellari solet.

## §. VIII.

Vsu etiam ac vulgo receptissima denominatio est, Lacus *Bodamicus*, germanice *der Bodensee*. WALAFRIDVS Abbas olim *Duxit Augie d)* iuxta Græcorum Etymologiam dici vult *ποταμὸν*, sine dubio, quod *ποταμός* Græcis idem sit ac fluuius seu amnis, Lacusque ab interfluentibus Rheno et aliis fluminibus hoc modo dicatur *ποταμὸς* siue *Potamicus*. Sed inepte satis iuxta GOLDASTVM. e) GRYPHIANDER f) vocat Lacum *Podanurum*, haud dubie a *πεός* siue *ουράς*, "ορός, alueus, fossa. VOLATERRANVS autem vocabulo *Bodino* non minustemere excogitato ipsum insignit, nisi quis *Bodicum* seu *Botigum* dicere malit, h. e. fundo carentem g). Sed nec illorum opinioni calculum addere lubet, qui a summa sua profunditate dici putant *Bodamicum*, germanice *Bodensee h)*. Constat quidem, tantam esse aquarum altitudinem, vt diuersis in locis vix ac ne vix

*timi M. Triarcus Triumphalis, Typus ter insignis Acronianae Metropolis Constantiae, i. e. der in der Constantinisch - Dreybogigen Ehren-Pforte Constantzisch mit dreysfachen Rubm prangend. Glor-Sieg- und Ehrreiche Creutz Schild, oder dreytheilige Beschreibung der nach alter Redarth bestaendig in der That, Edlen, Voest- und Ehrsamem Stadt Constantz.*

d) in vita B. Galli L. 1. ap. GOLDAST. T. I. Rer. Aleman.

e) d. l. in Glossis ad WALAFRID. p. 248.

f) in Tr. de Insulis C. XXIII. n. 19.

g) vid. VADIANVS in alleg. Ep. ad Rud. Agricol. et PLANTIN, d. l. C. XXIV.

h) *Boden* enim est profundus, unde *Bodenbaß* profunde malus. Græcis *βαθύς* est profundus, *βαθός* profunditas. Vetustas inde creauit fluuiorum ac Lacuum nomina, talia sunt *Padus* fluuius Italiae i. e. profundus. Sinus *Botbnicus*, Sinus profundus. *Bodensee* Lacus profundus, alias *Acronius* et *Brigantinus*. Ita WACHTER Glossar. Germ. voc. *Boden*.

ne vix quidem peruestigari, aut etiam vi tempestatum obturbidari possint *i*). Id quod simili quoque modo de *Lacus Lemanno* eiusque profunditate traditur, quod quingentis orgyis a nautis haud comperiri potuerit *k*). Quis autem non videt, recentioris demum aevi esse, quod vocatus sit ille *Lacus der Bodensee* et latine *Bodamicus*? In vetustissimis quippe chartis et scriptoribus semper et vbique legitur *Potamicus* *l*), sine omni dubio ab antiquo et celebri illo oppido et Palatio Regio *Potamum* seu *Potama* *m*) dicto, olim ad ultimos Lacus terminos sito, vbi *Ludovicum* Pium, *Carololum* Crassum, aliosque Reges Francicos, saepius commemoratos esse, nos docent. Imo sub Rege *Conrado I.* ad *Fiscum* Regium adhuc pertinuit oppidum istud, propterea que ab *EkkeharDO Jun. n*) qui adulto Saeculo X. vixit, vocatur

B z

*i*) ZEILLER in *Chron. parva Sueu.* voc. *Marspurg.* MÜNSTER. L. V. C. 204. CRUSIUS P. I. L. XI. c. 2. vbi *Lacus Bodamici* profunditatem 300. orgyiarum seu vinarum esse, vno ore testantur.

*k*) PLANTINVS d. l. Cap. XIV.

*l*) RATPERTVS Monachus et Scriptor Sec. IX. de *Orig. Monasti. S. Galli* Cap. I. vbi: *Pervenērunt ad Castrum, quod Arbona nuncupatur, iuxta Lacum Potamicum.* Et WALAFRIDVS STRABO ex eodem Saeculo d. l. in *Prolog. Boigentium oppidum*; scribit, *iam vetustate collapsum Lacus nomen dedit, qui alio nomine Potamicus appellatur.*

*m*) Ab AUCTORE ANONYMO *Vitae Ludovici Pii* ad Annum 839. nominatur *Bedonia* in textu Pithoeano, in margine vero *Hodonia*, ap. FREHERVM in textu *Hodonnia* in margine *Bedonia*, et apud REVERVM *Bodonia*, absque dubio ex vitio Scribarum. In Diplomate vero *Lindauensi* quod *Ludovico Pio* adscribitur, spurio tamen et Sec. demum XII vel XIII. effictō, legitur *Boduma*.

*n*) In *Casibus S. Galli* apud GOLDASTVM T. I. p. 15. vbi: *Salomoni, inquit, cum aliqua Potamum Camerae Nuntiorum iuris oppidum pertinentia a Regibus darentur. Addit GOLDASTVS in Gloss. Potamum seu Potamum tempore Carolorum et Ludovicorum oppidum fuit, et quidem sedis Imperatoriae. Idem attestantur. Diplomata Monasterii Augiensis, in quibus ita legitur: Datum in*



vocatur *Potamum Cameræ Nutiorum iuris oppidum*. Vnde recentiori demum ætate inde nominatus est ab accolis *der Bodmenssee* vel si mauis *der Bodmanssee*, et denique vocabulo detorto *der Bodensee*.

## §. IX.

Denique Pars superior Lacus comparatione inferioris dicitur et olim dicta est ab Accolis *Wishsee* i. e. *der weite oder breite See*. MÜNSTERVS a) alique, qui COMPILATORES *Annalium Lindau* p) ex Sec. XV. et XVI. BERTLINVM et GASSARVM secuti sunt, iam æuo Carolingico, quo

tum in Palatio nostro Imperiali Potama. *Et ab hoc antiquissimo et Imperiali oppido Potamo Lacus nomen inditum est Potamico, cum prius Acronius diceretur*. Destructum autem est Potamum, A. C. 917. cum supplicium capitis sumeretur de Fratribus *Pertboldo* et *Erchungeto* Comitibus *Hegou*. oppidum istud inhabitantibus, ita funditus, ~~ve hodie ne ruderum quidem vestigia~~ *ut hodie ne ruderum quidem vestigia* ~~apparent~~ *apparent*. Reaedificata post ibi Arx, et nunc incolitur a Nobilibus *Bodmens*. Ita etiam WALAFRIDVS STRABO in *Vita S. Othmari C. VI. Othmarus*, inquit, *apud Villam Potamum Palatio inclusus est*. Et STUMPFIVS L. IV. C. 32. *A. D. 881. ist das Schloß Podma am Bodensee gewesen, und genandt worden eine Keyf. Pfaltz oder Palaß, bezeugend etliche Instrumente des Gefiffis Zurzach von Carolo Craffo Römischen Kayser besiegelt*. vid. TENZEL in *Vind* p. 115. IO. REINH. WEGELIN. in *Praerog. Antiq. Ciuit. Lindau*. (Sect. III. §. 9. et CHRON. GOTTW. Lib. III. N. CIV. v. *Potama* p. 504.

a) *Cosmographiae* L. V. C. 208. ZEILLER in *Topograph. Suae. eiusque Append. voc. Buchorn*.

p) Qui ad An. 866. scripsere: *Kayser Ludwig der andere, (quae tamen fabula iam dudum explosa et ab ipsis etiam Hyperaspistis Coenobialibus reclamata est) hat das Cloßer zu Lindau nit allein bestatiget, sondern auch priuilegirt, und wurde zu U. Frauen unter den Linden genandt, von wegen viele der Linden, so allda gestanden, darob die Cloßerleuth und Pilgram eine Lust empfangen. Und hat damahl die Insul den nahmen bekommen Lindau, welche wegen viele der Linden einer au gleich gesehen, wurd also Lindau genant im Wytsee*.

quo Diploma *Lindauense* decantatissimum q) datum fingitur, ita appellatum esse venditant, sed aequae vocem recentioris aevi esse, qua suo tempore usus est fabricator dictae chartae, et neque in Cancellaria Regum Francorum, nec a Scriptoribus Seculi IX. et X. utpote quibus vnice audit *Lacus Brigantinus* vel *Potamicus*, usitatam fuisse, iam dudum contra Hyperaspistas Coenobii Lindauensis demonstrarunt TENZELIUS ET WEGELIUS r).

## §. X.

Ceterum mare istud *Suenicum*, et olim et hodie terminus fuit inter Sueviae seu Allemanniae et Helvetiae populos. s) Diuiditur alias in Lacum *Superiorem* et *Inferiorem*, et hic quidem, qui infra Constantiam Occidentem versus ad duo descendit milliaria, et vix quartam Superioris seu *Acroniani* Lacus partem aequat, hodie audit *der Undersee* *Zeller-See* ab oppido *Cella*, ad margines ipsius sita, olim vero Lacus *Venetus*, seu potius *Venedus*, aut *Venedicus*, non a colore aquarum coeruleo, ut somniat CRYSIVS, et qui eum sequuntur, nec ab Administratore quodam *Veneto*, ut itidem fabulatur BOCCACIVS t), sed potius ab Accolis

B 3

*Venetes*

q) Quippe quod Coenobium *Lindauense* tum infra vel intra Lacum *Witsee* nobis sistit, sed contra fidem oculorum et ipsam rei euidenciam *Aurovela* enim docet, Monasterium vti haud situm est intra Lacum *Witsee*, qui demum in medio vbi latissimus est inter *Arbonam* et *Buchornium*, nomen illud fortiri potuisset, sic multo minus infra, vel in infima eius parte, sed potius supra Lacum *Witsee*, et in parte superiori eaque longe angustiori inter *Wasserburgum* et *Brigantium*.

r) Ille in *Hist. Vindic. contra H. Cowring. Cens. in Dipl. Lind. C. XIV. nr. 10.* Hic vero in laud. Tr. *Secl. III. §. 17.*

s) CAESAR L. I. de *Bello Gallico*; CLYVER. in *Introd. ad Geograph. L. III. C. 7.* STUMPFIVS in *Chron. Helvet. L. IV. C. I.* CELLARIUS in *Geograph. antiq. et Nou. C. 7.*

t) in alleg. Tr. de *Lacubus et fluminibus*, vbi nomen hoc Lacui im-

*Venetes* seu *Venedi* u) dictis, qui teste TACITO incolebant terras Sarmaticas ad mare Balthicum vel sinum Oceani *Venedicum* sitas, et cum parte Sueuorum finitimorum sedes suas fixerant ad inferioris Lacus nostri ripas. x) POMPONIUS quidem MELA *Acronii* nomen Inferiori, *Veneti* autem Superiori Lacui assignasse videtur, et dum eum secutus est F. FABRI, y) eo ipso naturalem inuertit ordinem.

## §. XI.

De longitudine et latitudine Lacus *Acroniani* non conuenit inter omnes. Ex vetustioribus imprimis STRABO z), qui Tiberio imperante vixit, multumque in describendis istis regionibus operam collocavit, ipsi tribuit in ambitu stadia plusquam trecenta, in traiectu prope ducenta. AMMIANVS MARCELLINVS per CCCCLX. stadia longum, parique pene spatio late diffusum describit. ARNEAS SYLVIVS

cui impositum esse putat a Latinis, tempore, quo Romani omnium fere terrarum Domini erant, et forte de *Venetiana* Prouincia ad gubernationem Lacus *Venetos* posuerant.

u) *Venedi* siue *Vinidi*, a quibus forsan *Wendorum* nomen reliquum est, Sarmatica Gens est, quae supra Bastarnas Vistulam versus ad Dacos vsque late habitauerunt, qui nunc sunt Liouones, Borussiae et Poloni. Ideoque etiam Sinus iste Oceani vicinus *Venedicus* dictus. TACITVS *Germ. C. XLVI.* CLYVER. *L. III. C. 45.* GELLARIUS *C. VI.* BEER. *d. l. §. 245.* de BÜNAV *P. I. L. I. p. 42.*

x) vid. F. FABRI *loc. cit.* MÜNSTER *L. V. C. 204.* GOLDAST. in *Not. ad Ekkeb. Iun. T. I. Rer. Allem. p. 109.*

y) in alleg. *Tr. C. X.* de quo GOLDASTVS in Praef. *Errat Author in Lacus Constantiensis Descriptione, nam Acronius est superior, Venetus inferior, contra quam ille putauit.*

z) *L. VII. Geograph.* vbi post narrationes de sylua *Hercynia* scribit: *Prope hanc regionem origo est Istri et Rheni ac Lacus inter horum fontes situs, et paludes e Rheno effusae. Lacus in ambitu habet stadia amplius CCC. (Vesler. D. aut DC. substituit) traiectum prope CC. Inque eo est Insula, qua pro receptaculo usus est Tiberius, nauali pugna cum Vindeliciis certans.*

VIVS omnem Lacus circuitum ducenta plane millia passuum comprehendere tradit, quod iuxta computum communem quadraginta milliaria germanica communia efficeret. Quam longe vero hi aberrarint a vero, recentioris aevi Scriptores a) docent, quorum complures ipsum Lacum oculis iudicarunt, patriaeque Historiae accuratius describendae insudarunt, vtpote qui omnes cum tabulis accuratissimis praecipue *Hurterianis* in eo conveniunt, ad minimum per septem milliaria a *Brigantio* ad *Podamum* vsque longum, spatio autem duorum et ultra, vbi latissime se extendit; diffusum esse. Cum anno 1573. frigore et glacie ita concretus esset Lacus, vt vsque quaque pedibus quis ire posset; mensurati sunt, testantibus ANNALIBVS LINDAVIENSIBVS circumcirca Ciuitatem et Insulam Lindau. 4450. passus vel gressus, a Lindauia ad Brigantiam 7111. et ad Fussachium Pagum 7109. a Rosschachio ad L. Argam 16114. passus seu 7144. orgyae et a Cornu seu Villa Romana ad Buchorniam urbem 7270. b)

## §. XII.

Ingentem hanc aquarum molem innumeris non solum suis sustentari fontibus vndiquaque scaturientibus notum est, sed in-

a) STUMPF. *Chron. Helv. L. V. C. 9.* Dieser See ist nach dem Überschlag Vadiani bey 35000. Ital. Schritt lang, welcher Überschlag sich mit der Rechnung Strabonis im 7. Buch bey nahe vergleicht, derselbe rechnet allen Umkreiß auf 300. Stadia, welches etwas minder dann 14. teutsche Meilen machet, 5000. Schritte für 1. Meil gerechnet. Darumb wird er auch gemeiniglich auf 7. geringer teutscher Meilen lang geachtet. Am allerbreitesten aber hat er in die 12000. Schritt von einem gestad an das andere. CRYV. P. I. L. XI. C. 2. vbi: Lacus Brigantinus immensam habet aquarum molem, possetque propterea merito nominari Mare Germanicum. Eius enim Longitudo est milliarium circiter 7. latitudo vero 2. et alicubi fere 3. Idem tradit MUNSFER. L. V. C. 204. ZEILER. d. I. C. XXV. nr. 28. VADIANVS aliique.

b) vid. CRYV. P. III. L. XII. C. 19. in pr. WALSER d. I. ad An. 1435. et 1571.

sed insuper etiam augeri a riuis et amnibus vndique concurrentibus, quorum alter sedatus, alter non nisi incitatus in Lacum deuehitur, ita vt aestate, niue in Alpibus Penninis ac Rhaeticis liquata ad duas saepe vlnas et ultra excrescat. c) Ideoque notatu dignum, quod in extremis caloribus extraordinarie tumescat, et augeatur hic Lacus, cum alii illo ipso tempore decrescant. Nec etiam impediunt aquae illae torrentes et peregrinae, quo minus diebus maxime halcyoniis aquae *Acronianae* limpidissimae chrysalloque similes, noctu autem coeli aemulae appareant. Commoda insuper et amoenitates, quas Lacus iste, d) nauigationum alias patientissimus, profert, satis laudare nequeunt historici, et parum absuit, quin ipse *THVANVS* hunc tractum ceteris Germaniae regionibus longe anteferet, primasque ipsi assignaret partes, dum scribit: *circumeundo Lacum nusquam incundior oculis species obuersata est, nisi cliuo ab utraque parte per vitiferos colles, qui in aquis pellucent, descendente.* Sic *CRVSTVS*, sic *STVMPFIVS* aliquo, qui Topographicam Lacus descriptionem dederunt, e) amoenissimum hunc Germaniae tractum summopere praedicant, praecipue autem ob

c) *VADIANVS* in *Exposit. Mel. Constat experientia*, scribit, *Rhenum a fontibus sole iuxta Cancris tropicum obuersante, propter Rhaeticarum Alpium liquefactas niues, et anteaetate hyemis ratione, plus minusue crescere, noxia plerumque accolis undarum vi longe lateque intumescente, maxime ubi imbrium ubertas effluuium auerit.*

d) Cuius quippe conditio ex omni parte a pristina mutata est ratione, cum Romanorum aetate iuxta *MARCELLINVM* horrore sylvarum squalentium plane inaccessus fuerit Lacus, tam natura locorum, quam coeli inclementia refragante, donec tandem vetus illa Romana virtus et sobria iter composuit lacum.

e) Inter quos praecipue referri debet *BYCELINVS* in Libro, quem inscripsit: *Lacus Potamici olim Mœsi et Acronii nec non confinium sub nomine Constantiae Sacrae et Profanae, Descriptio*, ubi P. I. *terras uberrimas*, inquit, *uincis, utrobique agris, pratis cultissimas,*

tem ob alimentum copiam, quam præbet Lacus innumeris variis generis pisces suppeditando, inter quos primum locum obtinent decantatissimæ illæ Albulæ et Truttae, *die Weiß-oder Gangfisch und Seeforellen oder Rheinlanekben*. Nec dici potest, quantum commoditatis et utilitatis habeant. nauës, quibus aëcolae, nocte dieque tuti, Lacum nauigantes commercia sua exercent, iisque merces vndiquaque transportant, quibus deponendis et seruandis tutissimi Portus, emporia, aliaque aedificia publica et ampla vbiuis fere locorum extracta videntur.

## §. XIII.

Restat vt dicamus de *Ciuitatibus, Pagis* atque *Dynastiis* ad Lacum superiorem sitis, quo magis de ipsius *Dominio* vel *Iurisdictione* in subsequentiis sententiam expromere possimus. Commodè verò diuidi possunt in tres Classes, quarum vna respicit Imperium *Austriacum*, altera *Helueticum*, et tertia denique ac maxima pars *Statum Sueuicorum*. In capite Lacus tractus ad *Brigantinus* et *Phaniensis* siue *Feldekirch*, qui a fluuio *Liblach* ad *Rhenum* vsque spatio vnus milliarius et dimidia se extendit, quique continet oppidum *Brigantium*, *Augiam Maiorem*, vetustissimum *Benedictini* ordinis *Cœnobium*, cum *Pagis Harde, Fussach, Gausau, et Khara*, dominium adgnoscat

cultissimas, orbibus, pagis, castris frequentissimas, incomparabili oculorum et mentis recreatione intuemur, coeloque usimur admodum propicio, ipsam quoque inter hyemis inclementiam aëre temperato, unde omnis generis frugum et fructuum copia incredibilis, mirifico sapore se commendans, pecoris a vicinis *Heluetia* insignis frequentia et præstantia, piscium, anatum, omnis generis volucrum tanta varietas, vt nemo non peregre veniens nimio opere admiretur. Et *SAGITTARIUS* seu potius *MELLINVS* in sup. laudata *Dissert. C. I. §. 16.* olim alteram *Longobardiana* dicit esse vult. Nec abs re, cum et *Italiae* fruges, cum alibi tum potissimum in *Augia* Diuite et *Insula Tiliarum*, statim tempore maturitatem suam expectent et misceant. Vid. etiam *IC. GEORG. TRIBIAN. Pauegorian super Laudibus Aeroni Lacus et eiusdem Ciuitatum* ap. *GOLDASTVM T. I. p. 98. Rer. Allem.*

adgnoscat Archi-Ducum *Austriae*. Proximam ab hac Lacus parte tenent *Helvetii* ab ostio Rheni ad Constantiam vsque urbem, per quatuor et quod excurrit milliaria, cum oppido *Reineccio*, ubi Vallis Rheguforum se aperit, Pago *Stadens*, et Arce *Wardeck*, exinde *Rorschachio*, Abbati Sangalensi subdito, et mox oppido *Arbona*, villa *Ramishorna*, *Vrsuilla*, *Kessuilla*, *Güttinga* et *Münsterlinga*, omnibus ac singulis ad Littora Lacus in Praectura *Turgoviensi* sitis, quas locis VII. Pagicis vetustioribus cum Cantone *Berna*, finito demum bello *Toggenburg*. in Anno 1712. in consortium *Regiminis* adscita paret. Hinc sedes Episcopalis et perantiqua Urbs *Constantia* sequitur, Ciuitas olim *Imperialis*, sed a *Ferdinando* Archi-Duce *Austriae* Anno 1548. reclamante tamen Circulo *Sueuico* f), Imperio auulsa. E regione iuxta Rheni oram vel alueum Lacus coarctatum, in Isthmo illa *Allemannica* *Imperiale* Monasterium *Petrusianum* occurrit, quod ponte *Constantiae* iunctum est, vnde ripa in *Staad* et *Alemansdorff* lecta, breui tractu inuata vniuersissima *Ordinis* *Teutonici* *Equitum* et *Commendatorum* *Mainungia*, et dehinc in extrema Lacus ora pertingitur Castrum et Pagus *Imperialis* *Potamum* vulgo *Bodman*, dextram versus autem *Sernatinga*, *Supplinga* et *Vberlinga* Ciuitas *Imperialis* et olim *Allemanniae* Ducum sedes. *Vberlinga* Littus legentibus in conspectum venit *Murachium* et *Vldinga* villa, haec ditionis *Fürstenbergicae*, illud *Salemitanae*, dehinc *Marisburgum* oppidum, olim etiam sedes Ducum et Comitum *Allemannic*. postea *Robrdorff* nunc *Episcoporum* ac *Principum* *Constantiensium*, et sursum versus oram maritimam *Haltman*, *Hangnau*, *Kirchberga* et Pagus *Tripartitus* *Immen-Road* item *Fischbach*, *Manzella*, Coenobium *Hofense* S. *Pantaleoni* Abbatique *Weingartensi* sacrum; denique S. R. I. Oppidum *Buchorna* cum Pago *Ereskirchia*. Superato tandem *Schul-*

(f) vid. GOLDBAST. in *Politischem Reichshandeln* P. XXV. p. 1006. 1009. 1019. 1046. KRIPPEHILD de Ciuitat. Imp. L. XV. C. 1. §. 24.

dem Schuffio sine occurrit longo continentis in mare et-  
 curia *Longa Arga*, Castrum imprimis nobile et Pagus Comi-  
 tum *Montfort*; inde *Nonnenborna* et *Wasserburgum*, cum Arce  
 eiusdem nominis et domini *Fuggeriani*. Ultimo Libera  
 Imperialis Civitas *Lindavia* non nisi ponte et navibus aditur,  
 seu et opere munitissima, cum Territorio ad amnem ara-  
 finium *Lisblach* se porrigente. Ex qua descriptione g) sutral  
 patet, maximam Lacus Superioris partem non nisi Imperii  
 Circuloque *Sævico* addictorum Statuum dominio subiectam  
 esse. De Inferiori etenim, seu Veneto Litu, qui *Augiam*  
*Diastem* Insulam pulcherrimam in medio hoc Lacu sitam,  
 et oppidum *Cellam Ratolphi* alluit, ob ipsius angustiam du-  
 bium suboriri haud poterit.

S E C T I O II.

DE DOMINIO SEV IMPERIO MARIS  
 SÆVICI UNIVERSALI

§. I.

**Q**uatenus mare et usus maris, vti ceterae res, quae  
 iure Gentium communes sunt, domini capax sit,  
 et legibus ac conventionibus Imperantium subici  
 possit, iam non est nostri laboris hoc loco inquirere. Sa-  
 tis enim superque ista quaestio superiori Seculo agitata fuit  
 inter Viros praestantissimos, SOLORZANVM, SCHOC-  
 CKIVM, GROTIUM, SELDENVM, BYRGVM, PACIVM,  
 MAVLIUM, WELWODVM, PALATIUM, GRASWINCKEL  
 C 2 alios-

g) Qui amplioram desiderant, adeant GRÆVYM in *Annal.*  
*Sæv.* P. 1. L. XI. C. 2. MUNSTERVM *Geograph.* L. 7.  
 a. Cap. CCIV. usque CCX. ABILBERVM *Hist. Germ.* C. XXV.  
 a. 28. BÜGELINVM d. l. P. 1. P. 16. et seqq. imprimis ANTIQVA-  
 RIVM RHENAN. s. *Neue Beschreibung des Rheinstromes* per  
 J. H. D. Cap. III. et IV.



aliosque, quos trans Oceanum tunc compitior, vel tantis inter illos componere lites, nec libet, nec licet, quas hac quoque aetate reficitatis, magnaue animorum contentione agitatae esse non solum inter S. C. M. CAROLVM VI. gloriosissimae memoriae et Praepotentes Ordines FOEDERATI BELGII, occasione Privilegii, incolis ac subditis Belgii Austriaci concessi a); sed etiam causam et occasionem belli praesentis Hispanos inter et Anglos praebuisse nouimus, libertatem his naturalem in aquis et maribus Americanis contra concessam Piratarum hac Bipariensium Hispanicorum indagacionem et depraedacionem, nauigandi afferentibus, illis vero contradicentibus b).

S. H. 1722. 1723. 1724. 1725.

Quamuis enim alias concedamus, maria ab humana potestate vix ita occupari posse, vt vsus illorum alteri communis non sit, indubitati tamen iuris et obseruantiae est, eadem maria tam ratione nauigationis quam commerciorum, facti seu contractu Principum, ut dicitur posse, vt hic vna, alter altera parte discordiarum vitandarum, causa, vtatur fruatur. Neque vt rem exemplis illustremus, opus erit recurrere

a) sub Tit. *Lettres Patentes d' Oufroy accordées par S. M. I. Per. Cath. de la Compagnie générale des Pais-Bas Autrichiens pour se faire de nauiger et negocier aux Indes Orientales et Occidentales, Maltees. a Vienne du 19. Dec. 1722. Pro Societate Austriaca prostant: Vindicatae luculentae Iuris ac privilegii in Indias atque Africam nauigandi ibique Commercium exercendi etc. Lips. 1724. 4. La Verité de l'Édit, du Droit et de l'Intérêt de tout ce qui concerne le Commerce des Indes établi aux Pais-Bas Autrichiens. 1728. PATTIN Consiliarius Mechlin. liber sub Tit. *Mare Liberum ex iure Mar. Gent. et Ciu. assertum, vindicatum, rediuuium etc.* Pro Societate vero Hollandica scripsere Cel. BARBEYRACIUS sub Tit. *De l'Édit de l'Édit de la Compagnie Hollandaise etc. et la Nage 1725. 4. AVEC UN DISEIN* publica autoritate euhigatae: *de Jure quod competit Societati Privilegiatae Foederati Belgii ad Nauigationem et Commercio in Indiarum Orientalium aduersus Titulos Belgii Hispanici hodie Austriaci, Amstelredami 1724. 4.**

b) vid. *Englisches Kriegs-Manifest d. d. 19. Oct. 1739.*

currere ad antiquiora illa, quae longa serie recenset SELDENVS. Praesens quippe et praeteritum seculum eiusmodi foederum et conventionum sat magnam copiam exhibent, non de interioribus et particularibus saltem maribus, sed etiam de exteriori vasto ac immenso oceano \*. Hinc controversiae circa Navigationem, seu Dominium ac Imperium Maris tunc demum maxime gliscere coeperunt, quum iter in Indias opulentas tentatum fuit.

## §. III.

Certum namque est, ante Sec. XV. nullum gubernatorem navis ob incitiam navigandi et defectum Astrolabii maritimi ab ora discedere aulum esse, et ultra Tropicum Cancri versus meridiem, ultra Circulum Arcticum versus Septentrionem, et ultra Meridianum Insularum Canaria- rum versus Occidentem alto Oceano sese committere. Unde in scholis identidem in disceptationem veniebat, an dentur Antipodes? id quod Divus Augustinus cum alijs Patribus Eccles. strenue, ex principiis religionis negabat, non aliam ob causam, quam quod opinionem contrariam errori Praeadamitarum fauere existimabat. Donec tandem CHRISTOPH. COLUMBUS An. 1492. seqq. SEBAST. CANNVS An. 1522. FRANC. DRÄCKE An. 1580. et OLIVIER VAN NORD An. 1601. qui ex parte navibus vitima freta pertransierunt, et totum terrarum orbem circumuecti sunt, suo exemplo luculenter hoc docuerunt. Promontorium itaque, quod Caput de Non vocant in regione Biledulgerid fitum, meridiem Orientem spectat tamquam non plus ultra omnium Navigationum prudentum habebatur, et inde nomen accepit *Le Cap de Non*, et apud Gallos tritum sermonibus ac peruulgatum est, qui passe *Le Cap de Non*, ne revoit jamais sa maison.

## §. IV.

Ex Europaeis gentibus Lusitani primi certe erant, qui fatales,

C 3

\* extant tales in vtilissimo opere, cura Dn. I. du MONT edito, sub indice: *Corps universel diplomatique du Droit des Gens.*

fatales, et veteribus nauigantibus intentatos limites transire ausi sunt, ex quo Rex *Iohannes I.* eiusque nepos *Alphonsus V.* et *Iohannes II.* cum horum aetate, studio et industria peritissimorum Mathematicorum *Roderici* et *Iosephi*, itemque *Martini Boheim*, Instrumentum Astrolabicum, quod antea ad colligendos tantum stellarum motus adhiberi consueuerat, ad usum rei maritimae translatum esset, Mauritanos ultra fretum Gaditanum magnis classibus peterent, Lineam aequinoctialem transeuntes, promontorium, cui a *bona Spe* nomen dederunt, detegerent, et denique Rex *Emanuel* accensus aemulatione et exemplo Maiorum, eodem itinere feliciter viam sibi in Indiam Orientalem aperiret, vt post annum 1498. Lusitanum nomen, *La Banniere de Portugal*, vbicunque fere in terris Orientalibus in admiratione esse coeperit. Quemadmodum vero Lusitani non contenti ordinariis fructibus, quos ex nauigatione et commerciorum usu capiebant, id quod iure Gentium omnibus communi sibi vindicabant, in his diiunctis longinquis & ignotis oris sedes quoque regionum et locorum quaerebant, quos imperio suo adiungerent, earumque incolas in ditionem ac potestatem suam redigere constituerant: ita quoque e re sua esse duxerunt ex superstitione istius seculi, vt iusta piaeque bella gererent, Concessionibus Apostolicis se munire, quae etiam hunc in finem a Pontificibus Romanis *Martino V.* et *Nicolao V.* annis 1420. 1452, et 1454. intuitu propagandae fidei et reductionis infidelium ad obsequium Euangelii largissime sunt concessae.

E V

Ex quo vero *Hispani* seu potius *Castiliani* simili cupiditate accensi sub Imperio Regis *Ferdinandi Catholici* et *Isabellae* Reginae *Castiliae*, non solum in omnibus *Africae* maribus varias regiones et insulas, inprimis *Canarias* detexerunt, et hanc in rem Bullam Pontificis *Sixti IV.* de anno 1481. a *Leone X.* anno 1514. renouatam, impetrarunt, sed etiam anno 1492. per *CHRISTOPHORVM COLUMBVM*, Liguri-

Ligurinum, ingentis animi virum et rei nauticae imprimis peritum, postquam a Rege *Lusitaniae* repulsam accepisset, tanquam qui inania et fabulosa de aliis ingentibus terrarum spatiis versus occidentem afferret, vastam illam terram continentem inuenerunt, quae iam appellatur *America* c) vel *India Occidentalis*; grauissimae inter duas has gentes lites ortas sunt miraue vtrunque virtute certatum est. Etenim Rex *Portugalliae*, Regibus *Catholicis* ius detegendi occupandique terras, quae ad occasum meridiemque vergunt, plane negabat, donec tandem ALEXANDER Papa VI. cognita rerum causa, ultra *Hesperidum Insulas* ad centesimam leucam, ducto

c) Ab AMERICO VESPUTIO Florentino, qui sub auspiciis *Emanuelis* Regis *Portugalliae* ultra aequinoctium nauigans, et ad *Moluccas* transiit quaerens ad ingentem continentem felici sidere delatus est, ita nuncupata. CLYVER. in *Int. Geograph. C. 2.* Quamuis non leuis inter doctos orta sit concertatio, an terrae istae Occidentales praesens plane incognitae, eorumque navigationibus nunquam aditae et frequentatae fuerint. Id quod magni nominis Viri adstruere haud dubitarunt, alii vero non minoris autoritatis, veluti SALMUTHVS, PANCIROLLVS, THVANVS, ACOSTA, PONTANVS aliique contradixerunt et affirmarunt, nouum hunc Orbem in secreto diuinae mentis latuisse, et primo per CHRISTOPH. COLUMBUM detectum esse. vid. STRYMAN. de *Iure maris. C. III. n. 130. et seqq.* Initio superioris anni Londini scriptum anonymum prodijt, cuius auctor multis argumentis euincere contendit, Anglorum ius in *Americam* longe antiquius esse, quam Hispanorum. Illum enim potissimum orbem iam ob Anglis teste CARADOCO Historiographo, qui sub *Stephano* Rege vixit, a. 1170. detectum esse, quorum posterius in regione *Tuscorana* haud procul a *Mexico* sita, sedem domiciliumque sibi constituerunt, qui adhuc prisca, qua vterentur, lingua, ab aliis gentibus discreti essent. Idem ille refert, administratos Reginae *Elisabethae* sanxisse, vt hoc ius suum persequeretur, sed rem tunc ob defectum idoneorum argumentorum, quibus causam instrui oportebat, non successisse. Nostra vero aetate, qua causa haec iam perorata videtur et satis superque discussa est, omnino licere Regi Magnae Britanniae *Georgio II.* aduersus Hispanos ius suum in emolumentum nascens persequi.

ducto Circulo a Septentrione ad Australem Polum, totum terrarum orbem ex aequo bifariam diuisit, parte, quae in orientem vergebat, Ioanni Lusitano, altera vero, quae Occidentem tendebat, Ferdinando assignata, idque per modum simplicis ac purae donationis, ex mera liberalitate, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, vt verba insolentia sonant in Bullis Pontificalibus de 4. Maii et 26. Septemb. 1493. d). Anno vero insequenti Meridianus hicce per conuentionem inter Hispanos et Lusitanos initam, amplius 270 milliaria versus occidentem prolatus est. HERRERA d. l. C. X. GOMARA *Hist. des Ind. Occid. L. III.*

## §. VI.

Vnde etiam certum est, nauigationibus Orientem versus ac Occidentem per integrum ferme seculum solos *Hispanos et Lusitanos* operam dedisse, eo quod vtraeque gentes, quum varias iam terras detegissent, et titulo gauderent Concessionis Apostolicae iure quodam suo omnes alios populos a nauigationum vsu prohibere se posse crederent, et dominium maris vniuersale in illas terras priuatiue sibi vindicare. Attamen nulla vnquam gens Europaea ius hoc priuatiuum tamquam legitimum agnouit, sed Hispani et Lusitani cedere tandem debuerunt, et locum iuri naturae et Gentium omnibus communi relinquere, id quod talem speciem exclusionis plane respuit. Regiones istae vastae, quas postea Angli,

d) v. HERRERA *Hist. des Indes Occid. T. 1. L. 2. C. 5.* GASP. AR. ENS in *Hist. Ind. Occid.* HIERON. de MONTE Tr. de *fin. reg.* LAERT. CHERV. INVS *Bullarii T. 1. p. 399.* Vnde etiam *Ataliba Rex* ille *Indiarum* non inepte dixit, Papam insigniter fatuum et impudentem esse, quod aliena tam liberaliter largiretur. BENZO de *occupat. Ind. L. III. C. 3.* et HUGO GROTIUS de *mare Libero C. III. §. 6.* Pontifex, scribit, *ceu electus arbiter controversias inter vtramque Gentem de Indicis regionibus eoque pertinentibus nauigationibus et commerciis subertas componere, partesque aduersas beneficio Laudi inter se conciliare potuit, attamen quod ad donationem nimis liberalem et diuisionem mundi attinet, nil operari valuit.*

Angli, Galli, Bataui alique populi cultioris Europæ detexerunt, et in vtraque India adhuc tenent, vid. PETRI MERV-  
LÆ *Diff. de maribus C. 1.* incredibiles quoque prouentus et  
opes, quæ ex iis reportantur, satis luculenter docent, eos,  
quamprimum amplissima commoda inde prouenientia per-  
spexerunt, nullo pacto ius exclusiuum admisisse, neque ap-  
probasse, verum iure primitiuo libertateque naturali nau-  
gationum, commerciorum et acquisitionum cis et ultra Li-  
neam, tam in India Orientali quam Occidentali, æque ac  
illos vti voluisse.

## §. VII.

Ethi vero ex ea re funesta bella exarserunt successu  
temporis, tamen inter potentiores gentes maritimas per foe-  
dera inter illas inita et pactiones pacis, super modo ac ter-  
mino omnium fere nauigationum et commerciorum tan-  
dem conuenit. Inter HVGONEM quippe GROTIUM alios-  
que *maris liberi* vindices et SOLORZANVM, quique eum  
secuti sunt, nunquam fuit controuersum, an Mariæ quan-  
tumuis libera, conuentione duorum pluriumue Principum  
ita occupari et diuidi possint, vt vnus ab alterius terminis  
abstinere debeat; sed id præcipue, an Princeps aliquis  
vsum maris ita sibi vindicare possit, vt alterum inuitum et  
non consentientem Principem vel Populum liberum ab  
aditu ad oras et terras itidem liberis prohibere, vel cer-  
tam ea de re normam certumque modum ac terminum  
præscribere possit? Vnde etiam plurima hodiernum Pactis  
sunt definita; quæ antea incerto iure fluctuauerant, et sæ-  
pe grauissimarum litium atque bellorum causam præbue-  
rant, ita, vt iam ex iis integrum fere systema hodiernum  
nauigationum et commerciorum non ad Indias tantum tam  
Orientales quam Occidentales, sed etiam in reliquis maribus  
maioribus inter Europæ potestates dignosci poterit. vid.  
ill. ZINCKII *Ruhe des jetzt lebenden Europa, oder Sammlung  
der Europäischen Friedens-Schlüsse.*

D

§. VIII.

§. VII.

Quod vero attinet ad maria particularia, seu interna, e), quae intra fines cuiusdam Imperii seu Prouinciae concluduntur, de iis nulla vnquam dubitatio est orta, quod non tantum Imperio contineri, sed etiam in proprietatem conuerti possint. Ipse GROTIUS de *Mari Libero* C. V. non de interiori mari hic agimus, inquit, quod terris undique infusum alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit; de oceano quaeritur; quem immensum, infinitum, verum parentem, coelo conterminum, antiquitas vocat, qui neque teneri neque includi potest, et possidet verius quam possidetur. Ideoque etiam distinguit inter Imperium seu dominium maris sub ratione integri aut praecipuarum partium sumti et Territorio adiacenti proportionati. IVS quippe naturae et commune non obstat scribit in *Lib. II. de I. B. et P. Cap. III. n. 10.* quo minus portio maris inclusa littoribus eius populi fiat, cuius sunt Littora. Eaque ratione ductus quoque FONTANVS L. II. *Disens. Hist. C. 2. Mare*, dicit, si eius vastitatem videamus, esse Numinis ac Dei Omnipotentis ex Ps. 115. constat; nam de partibus singulis deque maribus particularibus nemo negauerit, alicuius dominii ea esse posse.

§. IX.

Quapropter etiam *Mare Suevicum*, seu *Lacus Aeronius* amplissimus ac famigeratissimus inter omnes, quos habet Germania, ab omni aevo non solum adgnoscit imperium ac dominium vniuersale *Circuli Sueuici*, seu potius *Statuum adiacentium* collectiue sumtorum, sed etiam iurisdictionem particularem, quam sibi vindicat quilibet pro ratione territorii sui. Vnde Principes ac status *Circuli Sueuici*, si non in specie, tamen in genere imperium exercere

e) quae longa serie recenset ex qualibet mundi parte STYPMAN. de iure maris. et nauis. P. I. C. 6. CORRINGIUS de Finibus Imperii L. II. C. vlt.

cere dicuntur in hoc mari particulae de Intermedio, speciale quippe dominium sine omni debito est. Naturam et locorum singulorum adiacentiam. Hinc quoque hoc Imperium vniuersale in Lacu Bodamico, tamquam eius accessorium indubitatum ab omni aevo iusto titulo quaesitum, sub ditione et potestate Circuli Sueuici fuit, qui possessionem eius quietam, nullo contradicente, et sine cuiusquam turbatione tenuit. Sed initio huius saeculi, quam anno 1699. occasione RECESSVS *Rauensbergensis* ratione fructuum in *Heluetiam* exportatorum Circulus ad conseruandum ius et imperium suum auspicijs Directoris Circuli naues quasdam comparari iisque mare circumuehi iussisset; intercesserunt *Austriaci* rei militaris praefecti *Constantenses* et *Brigantini* et hisce excursionibus, quae quotannis fieri solebant, grauer se opponentes, antea inauditum dominium eminent sibi arrogarunt. Qua quidem de re non solum Circulus Sueuicus, sed etiam Principes et Status, Lacus *Acronii* accolae, grauer sunt conuicti, et noue praetense dominio *Austriaco*, fortissime tam verbis, quam factis contradixerunt. Nec in eo adqueuit illorum cura, siquidem peculiare scriptum, quo rationes ac fundamenta exponuntur, sub titulo: *Warum dem höchstlöbl. Erzhaufe Oesterreich von dem höchstlöbl. Schwäbischen-Creyß und sonderslich dessen inn und an dem Bodensee situirten Fürsten und Ständen das so genandte und neuerlicher Dingen praetendixende Dominium maris weder in Petitorio noch Possessorio eingestanden werden könne*, publici fecerunt iuris, idque vna cum alijs grauaminibus et desiderijs Circuli Sueuici anno 1711. et nouissime Collegio Electorali ad Capitulationem Caesaream exhibuerunt, quod huic scriptioni adieciuis in appendicula.

## §. X.

EO autem collineant haec fundamenta, vt iisdem fere verbis, contractis tamen vtamur: I. Ist notorisch, was zwischen der freye Bodensee biß auf *Costantz* zwischen dem Schwäbischen Creyß und der Eydgnosschafft die Gränzscheidung constitui-



*disaires* *hanc* *in* *ea* *parte* *in* *angustia* *Imperii* *Germa-*  
*nici* *hodie* *non* *poterant* *possumus*, *quemadmodum* *olim* *de*  
*Rheno* *dixit* *PLINIVS* *L. XII. C. 12.* *und* *wie* *nun* *II.* *die* *ge-*  
*rade* *Linie* *von* *einem* *termino* *bis* *zum* *andern* *von* *langer*  
*Creysß-* *Ständen* *besetzt* *wird*, *also* *haben* *auch* *dieselbe* *HL.*  
*nicht* *allein* *freyen* *Stanz* *nach* *eines* *jeden* *Rechts* *und* *Extension*  
*die* *Jurisdiction* *auf* *den* *See* *würckl.* *und* *ruhiglich* *je* *und* *allez*  
*von* *exerciren*; *sondern* *auch* *IV.* *bey* *wachsenden* *Brands* *Ge-*  
*fahren* *diesen* *See* *als* *die* *Grenzen* *des* *Creysßes* *mittelt* *geschloß-*  
*senen* *Allianzen* *mehrmahlen* *in* *würckl.* *defensiv* *gesetzet*, *son-*  
*derbeilich* *aber* *die* *Vestung* *Lindau* *fast* *mehr* *andern* *bulibab-*  
*ren* *Plätzen* *eine* *gewisse* *und* *Recessmäßige* *Anzahl* *Soldate* *des*  
*wegen* *armirt* *hat* *erhalten*; *wo* *dann* *auch* *V.* *hieher* *das*  
*hochfürstl.* *Creysß-* *Auscheibamt* *von* *dem* *Commendanten* *zu*  
*Constanz*, *so* *wohl*, *als* *VI.* *von* *dem* *commandirenden* *Kayserk*  
*Generals* *mehrmahlen* *in* *Renovirung* *ermelter* *See-* *Allianz* *und*  
*nach* *dieser* *Defension* *des* *Bodensees* *inständigst* *ersucht*, *wach*  
*selbiges* *VII.* *nicht* *nur* *von* *Kaysers* *Wort* *Schloß* *in* *der* *eigenen*  
*Abthickung* *ihrer* *Ministorum*, *den* *Bodensee* *beschlossen* *zu*  
*haben*; *und* *auf* *demselben* *die* *ins* *Reich* *erlassene* *Kaysersliche*  
*Mandate* *zu* *exequiren*; *allergnädigst* *requirirt*, *sondern* *auch*  
*VIII.* *von* *allerhöchst* *deroselben* *Envoye* *in* *der* *Schweitz* *auf*  
*öffentl.* *Tagsetzung* *zu* *Baden* *disfalls* *die* *partes* *des* *Schwäb.*  
*Creysßes* *mafcals* *defensiv* *und* *verfochten* *worden*. *Wie* *dann*  
*IX.* *notorium*; *daß* *der* *Creysß* *mit* *disponiren* *und* *exequiren* *auf*  
*dem* *See* *je* *und* *allezeit* *absolut* *verfahren*; *und* *wann* *X.* *da-*  
*gegen* *von* *den* *Oesterreichischen* *Beamten* *etwas* *attentiret* *wor-*  
*den*, *selbige* *dem* *parti* *laesae* *eclatante* *satisfaktion* *verschaf-*  
*ten*, *und* *von* *dergl.* *excursionen* *ihrerseits* *wieder* *abstehen* *müs-*  
*sen*, *und* *dann* *herd* *XI.* *und* *XII.* *Principes* *ac* *Status* *Imp.* *mit*  
*ihren* *angrenzenden* *Land* *und* *Leuthen* *das* *Ius* *Finium* *so* *gar*  
*wider* *das* *Völcker-* *Recht* *so* *schlechter* *dingen* *sich* *nimmermehr*  
*benahmen* *lassen* *könnten* *noch* *würden*; *zumahlen* *XIII.* *ex* *par-*  
*te* *Oesterreich* *man* *zu* *diesem* *See* *keinen* *andern* *Zutritt* *habe*, *als*  
*einerseits* *wegen* *der* *Stadi* *Constanz*, *anderseits* *aber* *wegen* *der*  
*Herrschaft* *Bregenz*, *derentwegen* *man* *sich* *doch* *vorhin* *nie-*  
mahls

*mabst non cinent dominio des Dudenfes etiam habe requimen  
laffen.*

§. XI. Et ita quoque se res habet. Iam inde A. 1362. Foedus illud speciale inter locas Ciuitates maritimas, *denen alten Hundtbrüden am See*, als: *Costanz, Lindau, Überlingen, Buchhorn, Zell* etc. sub auspiciis Imperatoris *Caroli IV.* originem cepit contra *Abbenzellensts*, tunc temporis quietis et pacis publicae impatientes, et ita tam mutuae defensionis quam publicae tranquillitatis gratia, ad tutandam quoque libertatem navigationis et commerciorum in *mare Sueuico* ducerentur ad tempora vsque *Foederis Sueuici* a Ciuitatibus cum *Societate Equestri Clypei S. Georgii* in An. 1488. conclusi f. cum omnia anteriora foedera specialia sublata tunc vellet Imperator *Frid. III. g.* Finito vero Foedere Sueuico ciuitates maritimae iterum Societatem inter se fecerunt et ideam praesertim imminente bello, ut mare tutum et apertum esset, itemque mutuae defensionis causa, si armis infestarentur, vetera maritima foedera, quibus inter se iunguntur, renouarunt, et quidem plerumque sub moderatione Directorii Circuli Sueuici, si excipiamus id, quod turbulentis istis temporibus belli tricennalis contigit, quum *Caesari et Austriaci* Gubernatores *Lindausae, Constantiae et Membrinae* dominium Lacus de facto sibi arrogarunt, qua de re factis superque RECESSVS de Annis 1580. 1581. 1632. 1637. 1673. 1675. 1678. 1702. 1711. testantur.

§. XII.

Praeterea res nota atque apud omnes peruulgata est, Circulum *Sueuicum* ab omni aeuo ius habuisse non solum

D 3

ingra-

f) In *MATRICULA* A. 1431. in *Huffiticae Expeditionis* vsum confecta, dictae Ciuitates foedere sociatae expressè numerantur, apud *SCHILTERVM Inst. Jur. Publ. T. II. im Aufschlag wegen des Huffiten-Kriegs* p. 66. *DATT. de Pac. Publ. E. I. C. 24. p. 170* vid. *ANNALES Lindau: MSri ad An. 1441.*

g) *DATT. d. I. L. V. C. 3. n. 9. et L. I. C. 13. n. 22. seqq.*

ingrauescente aetate prohibendi ne fructus importentur in Heluetiam tam mari quam terra, aut pro commodi et necessitatis publicae ratione certam quantitatem fructuum, qui exportari possunt, definiendi; sed etiam flagrante bello Mandata et Edicta Caes. quibus prohibetur subuectio mercium veterum, veluti armorum, comestus, armentorum, aliarumque rerum; quibus hostium vires iuuarentur, exsequendi. Hanc in finem vigore competentis Imperii maris vniuersalis ea omnia, quae necessaria sunt, providere et cauere potest tam in mari, quam in locis maritimis, custodiendo partim littora ac diuerticula Rheni atque Lacus, qua Statuum Territoria patent, collocatis hinc, inde Stationibus militaribus, partim vero instruendo, armando naues excursorias, quibus Lacus *Bodamicus* adeatur et exploretur, fructibus aliisque rebus instructae naues visitentur, in casum susceptionis et transgressionis vero diripiantur et Risco addantur; Quae quidem excursionses et indagationses siue *die Bekreutung des Bodensees* a Statibus maritimis et priuilegiatis vigore *Recessuum Circuli*, promiscue, saluis tamen iuribus cuiuscunque et citra omne praeeudicium suscipi et peragi solent. Quemadmodum vero non facile in omnibus ciuitatibus eiusmodi naues comparari et armari possunt; ita quoque plerumque haec cura Principi et Episcopo *Constantiensi*, qua Directori Circuli, ab hoc autem Ciuitati *Lindogiae* in superiori Lacus parte committitur.

## S. XIII.

Ita quoque rationes componit Circulus, in ordinandis Inspectoribus in Ciuitatibus maritimis et mercatoriis, et determinando certam quantitatem frumentorum, quae *Helueticis* singulis hebdomadibus mari transuehere licitum est, quorum vniam partem accipiunt plerumque ciuitates maritimae, quae *Austriacis* parent, utpote *Constantia*, *Bregentia*, *Cella*, tres partes vero ciuitatibus maritimis imperio subiectis relinquuntur. Imponit denique Circulus certum censum, *Imposto*, oder *Sackbarzen* dictum, ut pecunia suppetat

petat sumtibus quotidianis, ad alendos Inspectores, milites et exstruendas naues, factis. Et quae sunt plura, quae Circulus in mari aequae ac in littore maris curare et administrare solet. Et quamquam hoc, praeuia saepius communicatione atque accessione *Austriaca*, ob communem utilitatem, quae inde redundat ad ciuitates *Austriacas*, mare adiacentes, factum sit, tamen exinde non sequitur, vt ab *Austriacis* ius quoddam eminens vel dominium plane priuatum et absolutum in mari isthoc Sueuico arrogari possit, praesertim quum saepenumero euenerit, vt si Gubernatores *Austriaci* cum aliis non societatem fecerint, tamen Status Circulares, hoc non obstante, Dominium et Imperium sibi competens numquam non exercuerunt.

## §. XIV.

Et hoc quidem optimo iure. Etenim non liquet, quo iure, quoue titulo Gubernatoribus *Austriacis* noue praetensum dominium ad Serenissimam Domum *Austriacam* peruenit. Neque enim tamquam Domina *Austriacae*, neque tamquam *Tyrolis* Lacui *Acronio* confinis est, nec alibi locorum illum attingit, eamque ob causam nec vola nec vestigium adparet, vlllo vniquam tempore ius quoddam in hunc Lacum tamquam manifestos fines ac margines Imperii et Circuli sibi quemquam vindicasse. Quicquid autem iuris competit Archi-Ducali Domui *Austriacae* in Lacu *Bodamico*, id competit solummodo intuitu Oppidi *Bregentz* et Pagi *Fussach* ad oram et partem Lacus superiorem, tamquam partem pertinentem Dynastiarum a Comitibus *Montfortensibus* stemmatis *Werdenberg.* et *Pfammenberg.* anno 1375. et partim annis 1490. et 1525. emtionis iure acquisitarum, nempe *Feldkirchae* et *Bregentiae* b). Quemadmodum vero antiquum oppidulum *Bregentz* et vicus *Fussach* antea numquam et simul vni Domino et Comiti paruerunt, ita quoque multo antius constat, hunc vel illum locum ante factam *Austriacae* cessio-

b) vid. MUNSTER. *Cosmograph.* L. V. C. 199. 200. et 206. STUMPF. L. X. C. 36. *Chronica.* Heluet.

cessionem plus iuris in Lacum, quam illis pro ratione situs et limitum de iure et obseruantia, ut aliis Statibus et Territoriis singulis competit, sibi vindicasse, tantum abest, ut dominium vniuersale vnquam sibi arrogauerit, aut illud in Austriacos transtulerit. Cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat.

## §. XV.

Quod attinet ad *Constantiam* in specie, quae, postquam anno 1548. a *Carolo V.* Imp. propterea, quod Edictum Caes. interimisticum reiecisset, proscripta est, et consilio ex re nata capto, cum in summis esset angustiis, neque salutis viam ullam videret, in ditionem Archiducis *Ferdinandi* sese dedit, eoque ipso in tutelam Domus et Familiae *Austriacae* venit, neminem in imperio non plane hospitem fugit, eam non solum adhuc de facto Circulo Suedico adscriptam nec vnquam de nexu Circulari exemptam esse. Hinc ipse Archidux et tum temporis Rex Romanorum, *Ferdinandus* postea in litteris ad status Circuli *Sueuici* i) ita scripsit: *daß sie nie gefürmet gewesen und noch nicht seyen die Stadt Costanz dem H. Reich und den Creyß-Ständen zu entziehen etc.* Quae cum ita sint, eius intuitu Domus *Austriaca* non plus iuris, quam quidem antea habuit, in Lacum *Bodamicum* acquirere potuit. Ex quo enim integer Landgraviatus *Turgouiensis* anno 1463. Duce *Austriacae*, *Sigismundo*, bello deuicto, in potestatem octo pagorum confoederatorum *Helueticorum* venit k), et quum anno 1415. proscripto *Fyderico*, Duce *Austriaco* praefectura *Turgouiensis* vna cum iudicio Prouinciali omnique superioritate territoriali a *Sigismundo* Imp. ciuitati *Constantiae* sex mille florenis oppignorata esset, sed anno 1499. eidem a decem ciuitatibus confoederatis Sociisque *Maximiliano I.* Imp. et Circulo *Sueuico*, bello iterum erepta, et facta

i) Apud GOLDAST. *Politischer Reichs-Handl.* P. XXV. p. 1006. 1015.

k) WALDBIRCH *Eydgenössische Bünde und Staats-Hist.* P. I. p. 223. et P. II. p. 285.

facta non multo post *Basileae* pax in perpetuum acquisita esset l), *Confoederati Helveticorum* ex eo tempore nullam amplius iurisdictionem in tractu *Turgouienfis*, ciuitatem *Constanciam* exercere permiserunt, sed ipsi per suos Praefectos provinciales omnes, qui moliri quidquam in *Lacu Bodamico*, qua *Turgouiensem* ditionem alluit, ausi sunt, coercuerunt, omnesque turbas et controuersias ortas, sine vlla ciuitatis *Constantiae* intercessione et turbatione composuerunt. Proinde quum a 1680. ciues *Constantienses* piscatores quosdam *Münsterlingenses* in *Lacu* prope ciuitatem armata manu adorti essent, et anno 1682. nauem quendam per milites suos diripissent, et *Iudaeos* quosdam ea vectos multassent, non impune haec attentata tulerunt, sed *Confoederati Helveticorum*, quibus *suprema iurisdictione Turgouienfis* competit, illa aduersus *Constantiam*, et praetensum noue dominium, infractionemque iurium *Helveticorum* in mari vicino grauius vlti sunt, retinendo per modum repressaliarum *Confus, Zinsen und Gülten*, quos *Constantienses* ciues a *Turgouienfibus* exigebant. Tandem, postquam frustra semel iterumque haec de re cum *Austriacis* Ministris conuenissent, a 1684. in *Conuentu Badensi* iurisdictionem *Turgouiensem* ad medietatem vsque *Lacus Bodamici* in posterum ab omnibus attentatis *Constantiensibus*, etiam manu forti, si opus fuerit, rueri ac defendere unanimi constituerunt consensu, relicto *Constantiensibus* iure piscandi, illis iure quaesito. Hinc *Heluetii* denuo, orto a 1694. tumultu ob nauem forenssem *Reineccianam*, a militibus *Constantiensibus* direptam, nihil reliqui fecerunt, vt de hoc attentato illis satisfaceret m).

## §. XVI.

Silentio iam praetereo, *Lapides limitaneos* inter ciuitatem et episcopatum *Constantiensem*, nec non Comitatum *Helveticum*

l) WALDKIRCH. d. l. P. I. c. 8. p. 259. STYBER. L. KÜLLEN. con. Hist. Basl. voc. *Turgau*.

m) WALDKIRCH. d. l. P. II. p. 633. RAHN. *Annal. Heluetic.* *MSis* p. 1069. 1083. 1102. LEXICON *Basl.* voc. *Bodensee*.

*Heiligenbergensem* quasi ante portas urbis positos esse, ideoque *Datum Fürstenbergicam* propter hunc Comitatum a Caesare et Imperio iurisdictionem maritimam ab amne *Schuffio* ad pontem vsque *Constantiensem*, in feudum recognoscere. Quapropter *Constantienses* ipsi numquam neque particulare neque vniuersale dominium maris *Acronii* sibi competere somniarunt, ideoque non liquet, sub qua iuris specie, quoue titulo ac fundamento ab auctore huius tumultus, tale dominium eminens vel priuatiuum Serenissimae Domui *Austriacae* vindicari possit, quum illa ipsa Principum et Statuum Circuli *Sueuici* directionem et dispositionem omnimodam numquam in dubium vocauerit, neque illi contradixerit. Quin potius adhuc a. 1682. sub dato 8. Ianuar. Praefectus *Austriacus*, qui tunc temporis *Constantinae* residebat L. B. de *Landsee*, occasione modo dictarum controuerfarum *Helueticarum* ad ciuitatem *Lindausensem* scripsit, et per diligentem, illud exquisiuit: *Ob die Herren Eidgenossen auf dem Bodensee, allwo sie angränzen, auch einige hohe Iurisdictionen vergränzt, und derselben sich anmassen köndten? oder aber ob nicht ersagte hohe Iurisdiction andern binüber gelegenen Reichs-Ständen, absonderlich aber der Reichs-Stadt Landau zuständig seye?*

## S E C T I O III.

DE DOMINIO SEV IMPERIO MARIS  
SVEVICI PARTICVLARI

## §. I.

Quam testata et manifesta res est, Principes et Status Circuli *Sueuici* Imperium *Lacus Bodamici* vniuersale sibi solos ab omni aevo vindicasse, et adhuc de facto data quacunque occasione sibi vindicare et exercere, tam certum quam quod certissimum est, imperium particulare seu spe-

seu speciale esse penes Status singulos; æque ac Dynastas, ciuitates, communitates aliaque loca littori adiacentia; quia inter omnes iuris publici peritos constat, id quod res ipsa vsu et obseruantia comprobata loquitur, iurisdictionem specialem cuiusuis maris interioris et particularis ad populum, ciuitatem vel Principem, qui proximos portus et circumiacentia littora in ditioe sua habet, perinde vt flumina terras interfluentia, territorii iure pertinere; in quantum nempe se extendit prope mare territorium, quia sub appellatione territorii regulariter etiam comprehenditur mare. GROTIUS de *Mari Lib. C. V.* GRYPHIANDER de *Insulis C. XIV. n. 14. 15.* STRVV. *Synt. Iur. Feud. C. VI. §. 7. n. 1.* OETINGER de *iure Limit. L. 1. C. 12. n. 6. 7.* MAVLIVS de *mari Tit. VII. n. 1. seqq.* Conf. INSTRVM. FAC. WESTPH. *Artic. X.*

§. II.

Ex quo inferunt Confectaria vel effectus Imperii maritimi præcipuos, queis omnes ac singuli status, Lacus Acronii accolæ, indubitato gaudere debent ac solent. Nimirum:

I. quod mare dicatur de districtu illius Ciuitatis et Locî, qui mare adiacet, in quantum se extendit territorium terræ prope mare, et quod is, qui est in mari, quod regitur per Ciuitatem mari cõhærentem, non intelligatur esse extra districtum. CAEPOLLA de *S. P. R. C. XXVI. n. 28.* OETINGER d. *L. C. XII. in Not. Lit. i. et k.*

II. Quod ex sola possessione vel occupatione terræ adiacentis, præsumtio pro occupato etiam tanto maris spatio fit, etsi actus alias nullus occupantis accedat, tamque diu quam de contrario domini terræ continentis animo non apparet. STRAVGHIVS de *Imp. maris C. IV. §. 3.*

III. Quod Imperator concedens alicui ciuitatem cum omnibus pertinentiis omnique iurisdictione, tam in mari quam in terra concessisse intelligatur. CAEPOLLA d. *L. C. XXVI. n. 19. et 26.*



IV. Quod ille, qui habet iurisdictionem in terra mari vicina, non solum in Portu maris adiacente, sed etiam in Insulis illius maris iurisdictionem habere censeatur, et quod fundata sit intentio eius, qui proximos portus ac Insulas sibi vindicat, quia in dubio praesumuntur eius, cui magis adiacent in mari. HIERON. de MONTE *de Fin. regund. C. XXX. in f. et C. LXXXIII. n. 2.* BARTOLVS *Tr. de Inf. n. 1.* CAEPOLLA *d. l. C. XXVI. n. 11. et C. XXVIII. n. 3.*

V. Quod sicuti illi, qui habent confines iurisdictiones in terra, ita quoque illi, qui habent confines iurisdictiones in mari vicino, vadoso vel concluso, ubi alias per saxa seu palos in usum navigantium et piscantium collocatos, aliaeue signa termini distingui possunt, finium regundorum agere possint. GRYPHIANDER *d. l. n. 41.* HIERON. de MONTE *C. 39. n. 1.* SCHRADER. in *Tr. Select. quaest. §. 28. n. 8.*

VI. Quod sicuti delinquens in terra, in loco delicti forum fortiat, atque ibidem puniatur, ita quoque delictum in mari perpetratum in illa Ciuitate puniri debeat, ad cuius iurisdictionem pars illa maris spectat, cuiusque portui locus ille maris propinquior est; eo quod omnes DD. concedant, iurisdictionem per mare et coercionem criminum ibi commissorum pertinere ad proxime adiacentem Ciuitatem. Ad *L. vn. C. de Classic.* SCHILTER *Exerc. IV. §. 16.* ZVARE. *de usu mar. Cons. 1. n. 3.* LOCCENIVS *de Iure marit. L. 1. C. 4. n. 6.*

VII. Sed si crimen in mari inter duas Ciuitates aequaliter distantes commissum sit, eius cognitio ad utramque per concursum iurisdictionis pertinebit, quia delictum commissum est in confinio, quod est commune utriusque Ciuitatis, ita tamen, ut praeventioni semper sit locus. HIERON. de MONTE *d. l. C. 7. n. 9. 10. 11. et C. 25. n. 28.*

VIII. Cum dispositum de delictis etiam ad Contractus extendatur, ita quoque contrahens in mari vicino ibidem forum contrahat, et coram illo, qui in isto mari iurisdictionem habet, conueniri possit. SCHRADER *d. l. §. 28. n. 16.* CAEPOLLA per tot. *Cap. XXVI.*

IX. Quem-

IX. Quemadmodum Princeps vel Ciuitas in terra omnia ex hac prouenientia emolumenta habet, ita quoque omni commodo, vtilitate et fructu ex mari eiusque littoribus prouenienti gaudet. Omnis quippe vsus maris interioris et inde prouenientia ex rebus, quæ in mari eiusue littoribus capiuntur aut inueniuntur commoda, ad fiscum vel bona Reip. referri possunt. PETINGER C. III. S. f. STRVV. d. l. C. VI. §. 7. n. 1.

X. Quod sicuti Territorium domini in mari contiguo, ita etiam in littoribus habeant imperium, quod alias iurisdictione littoralis dicitur, de cuius effectibus vid. STYPMAN. C. IV. n. 148. seqq. Quamuis enim de iure Ciuili et Romano Littora eiusdem iuris esse dicantur cuius mare, i. e. communia et iure Gentium omnibus vacantia, id intelligendum de littoribus illis, quæ vniuerso mari circumiacent, et a nemine adhuc dum occupata inueniuntur, nullo modo autem de eiusmodi littoribus particularibus, quæ ideo non solum de iurisdictione et tuitione, sed etiam imperio, proprietate et dominio Magistratum recte dicuntur. STYPMAN. d. l. n. 101. seqq. KNICHEN de Iurisd. territ. C. 3. n. 400. AYMVS Tr. de alluv. L. 1. C. 15. n. 11. et 12. Unde etiam in Recessibus et Edictis Sueuicis communiter prohibetur: „*dass mit armirten Schiffen an des andern Gestad kein*  
 „*aktus vorgenommen oder ausgeübt werden solle, worunter*  
 „*gleichwohl nichts begriffen, wann dergl. Schiff durch Ungewit-*  
 „*ter oder andere nothdringliche Zufälle angetrieben, oder ein*  
 „*mit verbotenen Früchten und Waaren beladenes oder ver-*  
 „*dächtiges Schiff dahin verfolget wird, so zwar ohne präiudiz*  
 „*gegen einander gestattet seyn solle, doch dass demjenigen, dem*  
 „*die Bestrafung und Confiscation dafelbst zustebet die confiscable*  
 „*erfundene Früchten und Waaren samt den malversanen ge-*  
 „*gen Erstattung der Costen, auch der Helfte der angehaltenen*  
 „*Früchten und Waaren auszulieffern seyn.* Et quamuis litus maris illo quoque iure describatur, quatenus fluctus hybernus maximus excurrit, alia tamen plane est ratio Lacus Bodanici, cuius littora sunt, quatenus fluxus aestiuis maximus excurrit,

cum ob niues in Alpibus liquatas longe impetuosior et maior fluctus sit aestate quam hyeme, ita vt ad altitudinem 8. et 10. pedum vel vltra saepius excreseat Lacus.

XI. Quod ad exemplum Praefidis Prouinciae, qui purgare debet Prouinciam malis hominibus per terram, Magistratus, cui imperium maris particulare competit, nauibus praefidiariis in illo dispositis possit ac debeat mare tueri, praedonibus purgare, tutamque transeuntibus navigationem praestare, per d. l. vn. *C. de Classic. LOCCENIUS L. 1. C. 4. §. 5.* Et quemadmodum

XII. non coguntur domini Territoriales in suas terras quostis peregrinos et mercatores suscipere, sed id faciunt bona cum gratia vel ex indulto, commerciorum foedere, aut communi humanitatis lege, modo quod debent vectigal exsoluant, nec se indignos humana consuetudine et iustis amicisque commerciis reddant, nec vetita aut illicita inferant aut exportent. STYPMAN. *P. III. C. 6. n. 86. et seqq.* Ita quoque non cogantur ~~permittere in mari sibi subiecto certarum mercium vel frumentorum subuectionem hosti subministrandam ab illis, qui vel neutrarum sunt partium, vel ab aliis, LOCCENIUS C. 9.~~ Sed si quid in fraudem attentatum fuerit, vel si quis recta navigatione contempta littora deuia vel vetita sectatus, annonam publicam aut alia, quae deportanda suscepit, auerterit, publicatione nauis vel alia quoque poena plecti, ideoque etiam naucleri detineri poterunt cum nauibus, donec pareant, aut ex merito luant. *L. 1. C. de nau. non excus. L. vlt. C. de Fabric. et l. 7. C. de nauic.* Quocum etiam concordant ORDINATIONES SVEVICAE non solum publicationem mercium vetitarum vulgo *Contrabands*, sed etiam nauium in viis ac navigationibus clandestinis, *auf Nebenwegen und Winckelschiffarten* deprehensarum, aliasque coercitiones permittentes, denuntiatoribus quoque tertia vel quarta mulctae parte assignata.

XIII. Quod ille, qui imperium in aquas territorio suo subiectas sibi vindicat, veluti in terris promiscue venandi et aucupandi, ita etiam in aquis piscandi libertati fibulam quan-

quandam lege sua imponere, certumque modum tam subditis quam peregrinis praescribere possit. Ius quippe piscandi seu redditus piscationum ad Regalia spectant. GROTIUS *L. II. C. 2. n. 5. de I. B. et P.* STYPMAN. *L. vlt. C. 5. n. 10.* SIXTINVS de *Regal. 2. C. 18.* KLOOK. *T. I. Conf. 33. n. 24. seqq.*

XIV. Navigationem denique quod attinet, ius circa illam praecipuis adscribendum est illis, qui tenent mare vel partem maris, quemadmodum ius viarum publicarum in terra attribuitur Principi vel Ciuitati, quae territorio praest. STRVV. *d. I. C. 6. th. 7. n. 1.* Ita tamen ut vsus navigationis et innoxius per id mare transitus tam subditis quam aliis iurisdictioni ipsius non subiectis iure gentium et humanitatis lege pateat. Vnde GROTIUS *d. I. L. II. C. 3. §. 12.* illud certum, inquit, qui mare occupauit, navigationem impedire non posse inermem et innoxiam, quando nec per terram talis transitus prohiberi potest. Ideoque etiam imperium illud singulare ita vsuopandum, ut nauigantibus iustus maris vsus integer relinquatur. LOCCENIVS *L. I. C. 4. §. 4.* Et ut nauigatio non interdicatorum aequa ac transitus per terras et flumina, nisi iusta subit prohibendi causa, MOLIN. *Def. 104. et 707.* GROTIUS *d. I. C. 2. §. 13.*

### §. III.

Quoad rationem vero Maris *Sueuici*, vel *Lacus Bodamici* specialem, accolae quidem omnes ac singuli libertate naturali gaudent, quaquauersum et in singulis maris partibus nauigandi transfretandique, nisi quatenus per Leges et conuentiones publicas restrictum reperiatur ius illud Navigationis. Ita enim I. complures Ciuitates, cis et trans mare sitae, specialia pacta, contractus et conuentiones cum vicinis aliisque mari accolis ciuitatibus inierunt, quibus certi quid de nauigationibus, exportatione et subuectione mercium et frumentorum definitum est, hisque rebus omnibus modum certum et legitimum, inter se seruandum, constituerunt. Tales pactiones inter se fecerunt *Lindauia* et *Constansia*, *Fussacum*, *Reineccium*, *Rorschacum*, aliaeque, *Vberlinga* et *Hei-*

et *Heiligenbrugg* ratione *Vidingar* aliarumque ciuitatum, in Heluetiâ sitarum. II. Tempore belli et ingrauescente anno, nona ad compefcendas fraudes et impediendas omnes contrauentiones fingulari *Circuli* decreto *Heluetiis* nauis grauius interdictum est, ne frumenta terris imperii coemenda aliasque necessitates in nauibus propriis extrahant, transuehantque, non obstantibus pactis et conuentionibus quibuscunque, quippe quae semper tempore belli, et durante interdicto frumentario in suspenso relinquuntur. III. Omnes quoque alii nauiculi in diuerticulis et nauitibus non priuilegiatis siue *Nebenorthen* und *Winckel-Städten* commorantibus clandestinasque navigationes exercentibus et pari modo IV. tempore interdicti frumentarii omnes alii ciues imperii sub grauissima poena prohibentur frumenta coemere eaque mari in Heluetiam importare. V. Talis enim subuectio frumentorum in *Heluetiam* eiusque pagos confoederatos iis tantum locis, mari confinibus, permissa est, quibus hoc ius specieatim concessum est, et quae in Recessibus *Circuli* secutum modum pro ratione necessitatis publicae definitum quanti 1200. 800. 400. medimnorum (*Mäßer*) quauis hebdomade, etiam certis diebus aut, si propter tempestatem aduersam et coeli intemperiem fieri non potuit, proxime insequentibus exportandi nominata sunt, uti sequens schema declarat

<i>Lindania</i> exportari possunt	die Saturni medimni 205
<i>Langenarga</i> die Mercurii	102
<i>Buchornia</i> die Mercurii	103
<i>Mersbugo</i> die Mercurii	106
<i>Vberlinga</i>	205
<i>Vldinga</i>	102
<i>Constantia</i> die Veneris	70
<i>Bregentia</i> die Veneris	102
<i>Radolphzella</i> die Mercurii	205

Summa medimnorum 1200.

VI. In iisdem *Circuli* *Recessibus* sequentia modo loca munita, ad quae imminente periculo hostili, frumenta adportari et inde in *Heluetiam* transuehi possunt, definita sunt, nempe: *Constance, Vberlinga, Lindavia, Schoffarga, Bregentia* et *Radolpzella*. Quemadmodum etiam VII. navigationes clandestinae et illegitimae, *die Neben- und Winckel-Schiffarth*, utpote quae sic vocantur, quia a locis non privilegiatis instituuntur, et ex quibus frumenta in *Heluetiam* in fraudem et detrimentum illarum ciuitatum maritimarum, quibus specialiter frumento mercatum quaestumque annonarium exercendi ius concessum est, subuehuntur, superiori bello maiorem in modum inualuerunt: ita Imperator Augustus nuper defunctus, CAROLVS VI. gloriosissimae memoriae in Rescriptis et Mandatis dehortatoriis et inhibitoriis aliisque Ordinationibus Caesareis, sub dato V. et VI. Iunii anno 1733. ad Imperium emissis, eas tantum ciuitates maritimas, quae ab antiquissimis temporibus iure gaudent exercendi mercatum et quaestum annonarium tam Imperiales quam Austriacas agnoui, speciatim *Vberlingam, Lindauiam, Buchorniam, Constantiam, Bregentiam* et *Zellam*. Praeterea tales clandestinas et illegitimas nauigationes seuerè prohibuit et sustulit, quales exercent ciuitates specifice et nominatim expressae: *Bachmann, Vldingen, S. Argen, Krosbrunn, Nonnenhorn, Wasserburg, Sernatingen, Fischbach, Mauzell und Hoffen*. Quamuis interea res inter Cellissimam domum *Fürstenbergicam* lineae *Heiligenbergensis* propter *Vldingam* transacta sit. Sed de *S. Argen* et mercatu frumentario, qui ibi exercetur, his inter Comites *Montfortenses* et ciuitates imperiales *Lindauiam, Rauensburgum, et Wangenam* in Iudicio Imp. Aulico adhuc agitur, et nondum decisa est. Rationes mouentes in dictis Ordinationibus Caesareis, in formalibus ita exponuntur: *weil ansonsten weder die Verbott der wegen eigenen Abmangels oder ex ratione Publici jeweils erforderlichen Traidsperre cum effectu bewürcket, noch die extractionses der Contrabanden und Kriegsmothdürften verhüetet, noch denen Zolldefraudationen begegnet, noch weniger dem Landtsverderblichen*

F

Mimtz-

*Mintzumwesen geßeüret, am allerwenigsten aber der Fruchtbandel auf dem Reichsboden conseruirt werden köndte.* Et exceptis hisce casibus aliisque similibus libera et inconcussa manet omnibus ac singulis Statibus aliisque quorum territoria mare illud *Sueuicum* attingit, navigatio aequae ac iurisdictio cum omnibus praedictis effectibus.

## §. IV.

Si vero quaestio inde exurgit, quousque Imperium istud particulare in mare se extendat, in diuersas abiire sententias DD. De hoc nullum inter ipsos est dubium, eiusmodi tractum maritimum et iurisdictionalem eo usque patere, quo cuiusuis territorium prope mare porrigatur. Vnde STRUVIUS d. l. ex communi traditione scribit, eum, qui habet in terra, etiam habere in mari terram alluente dominium ac iurisdictionem, in quantum se extendit territorium prope mare. Et iuxta OETTINGER. de iure limit. L. 1. C. 12. in Not. lit. 3. Mare dicitur esse de districtu illius Ciuitatis vel loci, qui confinat cum mari pro latitudine et longitudine confinis territorii. Et ita quoque ROSENHAND in Diff. de iure transeundi per Territ. th. 3. aliique.

## §. V.

Quousque vero se se porrigat iurdictio in mare ipsum, inter illos certo non constat. Aliis placuit longitudo a Litore ad centum usque milliaria, ultra haec iurisdictionem Imperatoris esse volunt. CAEPOLEA de seruis. P. R. Tit. de mari n. 16. 17. Alii extendunt ad milliaria sexaginta, veluti in causa Ducis *Allobrogum* iudicatum esse refert BODINVS de Rep. L. 1. C. 10. n. 178. Alii ad duorum dierum iter. HIERON. de MONTE d. l. C. 7. n. 12. 13. Alii quatenus quis classe mare occupauerit, STYPMAN. d. l. C. 5. n. 51. seqq. Id quod dici potest, si quaestio esset de mari vniuerso vel magno Oceano, cuius vastitas vix limites adgnoscit. Quid enim si mare particulare vel interiacens eousque se non extendat? Aliis tunc placet iurdictio, quousque vox clamantis exaudiri, aliis, quousque telum ab arcu mitti potest.

Com-

Communissima vero opinio est illa, quod is, qui habet iurisdictionem in terra vicina mari, eousque habeat iurisdictionem in mari, quousque illud mare alteri terrae magis vicinum non est. FVNC. Consul olim *Lindauensis* meritissimus in Diss. quam inscripsit: *Mare vult patulum.* *Post. 7.* MAVLIUS *de mari tit. 6. n. 2.* LYNCKER *de iure condit. §. 45.* CAEPOLLA *d. l. n. 14.* SCHRADER. *§. 28. n. 4.* PACIUS *de dominio mar. Hadriat. p. 40. seqq. etc.*

## §. VI.

Sed nec haec nobis arridet sententia ob inextricabilem iurisdictionum confusionem, ex ratione et spatio maris *Suevici* aequae ac diuersorum Dominorum Territorialium concurrentia inde resultantem. Dicamus ergo cum CONRINGIO *de Finib. Imp. Germ. L. II. C. 30. §. 5. et 9.* non vbiuis aequaliter exporrigi maris dominium, sed alibi illud latius patere, alibi arctioribus finibus includi, idque non nisi exploratis cuiusvis loci priscis moribus iuribusque exacte definiri posse. Quemadmodum omnis priuata possessio vnice ab hominum voluntate sit instituta, et gentium mores hac in re plurimum variant, neque naturali neque omnium gentium legibus certi aliquid constitutum, neque etiam Romanorum legibus quid definitum sit, et quantum esset, non tamen illae dominia maritima in Imperio Germanico ostendere et definire possent. Ita hoc omne, definiendum vnice est ex moribus et institutis receptis singulorum populorum.

## §. VII.

Si itaque spectemus instituta priscamque consuetudinem in Lacu *Bodamico* vsitatam, plane diuersam nouimus a modis antea recensitis. Status quippe ac Domini Territoriorum adiacentium, Imperium, seu dominium maris particulare, nec ex mensura milliarium, nec ex sagittae iactu, nec ex voce clamantis definiunt, nec etiam praecise ad medietatem vsque Lacus regulariter sibi afferunt. Sed quemadmodum singuli ius piscandi per certum maris tractum proprium



primum sibi faciunt, et ab aliis ius vel dominium quoddam ibidem sibi arrogari recusant, media Lacus parte eiusque libertati suae semper relicto; ita quoque ille seu ductus piscationum eousque se extendit, quousque cuiusvis Loci adiacens mare vadosum vel cliuosum excurrit, i. e. *auf den Gründen und Haldinen*, quatenus nempe in collibus ac cliuis maris eminentioribus fundus ipsius facile explorari poterit. Et ita quoque mare vadosum a mari alto fundoque carenti semper distingui ac separari solet, hoc in chartis ac documentis antiquissimis dicto *auf dem Schweb* siue *auf der tieffen, weiten und freyen See*, illa vero *auf den Gründen a*).

## §. VIII.

Et sic mare illud vadosum siue *die Gründe* alibi latius patent, alibi arctioribus includuntur finibus, prout breuia sese exporrigunt in mare *b*), ita etiam imperium, seu iurisdic-tio particularis pro ratione illorum in ipso Lacu dime-tiendi venit, cum ex inueterato usu et obseruantia quilibet dominus terrae ~~continentis~~ iurisdictionem tuam, *mit Gebott und Verbott, Satz- und Ordnung*, saluis quidem Recessibus et transactionibus Piscatoriis vniuersalibus, saluis quoque pactis et obseruantis reciprocis exerceat *auf seinen Gründen*; qui ideo

a) LINDAVISCH. FISCHER-VERTRAG de anno 1536. vbi: *von wegen des Haldengarns; so man Sommerzeiten uff den Gründen und nit uff den Schweb brauchen soll, und mehr nit dann 400. Maschen tieff, wer darwieder thate, den mag die Fischer-Zunft zu Lindau nach laut ihres Brieffs darum straffen umb 5. Pfund Pf. vn. alle Gnad und Nachlassung. Is. die Garn, so 400. Maschen hand, sollen allein aufm Grund und an keiner Schweb gebraucht werden.* VERTRAG de anno 1554. et 1596. ibi: *die Seginen sollen allenthalben im See am Schweb und Grund jeder zeiten frey seyn.*

b) IN TRANSACTIONE PISCATORIA de anno 1614. Art. 8. dicitur: *der Matten halb abgeredt, daß vom Rhein - biß zum Argenborn kein Matt tieffer gebraucht werden soll, dann obngesährlich 40. Maschen tieff, annexa tamen exceptione: weilen der Bregenzer balden tieffer dann anderßwo, dasge Fischer und die vor dem Closter daran so genau nicht gebunden seyn sollen.*

ideo in vetustioribus aequè ac recentioribus Pactis, Statutis ac legibus cum imperio seu iurisdictione, *Obrigkeit, Gebiets und Gerichte* pro synonymis semper habentur c).

## §. XI.

In reliquo vero Mari i. e. *auf dem Schweb, oder in der tieffen weitt- und freyen See* ius aequum ac liberum manet et seruatur pro indiuiso ad vsum scilicet promiscuum et communem, priuata dominatione penitus exclusa; ita vt nec piscatoribus Occidentalibus, *Niedertändischen Fischern*, vti vocantur in chartis antiquis, in superiori Lacus parte, nec Orientalibus *den Oberländern* in inferiori prohibitum sit, in libero et alto mari piscationes suas exercendi, modo non immittant retia in districtibus particularibus aliisque non

F 3 -

c) Ita im FISCHER-VERTRAG de anno 1536. *welche Fischer ob ihren Gründen auf andere Gründe fahren, die sollen sich alsdann derselben Gepösch, Ordnung und Satzung halten und gebrauchen, wie dieselben, denen solcher Grund zugehoret.* It. LIND. FISCHER-ORDNUNG und SATZUNG de eod. a. ibi: *die Fischer sollen an den Feyrtagen und Nächten derselben nit auf frembdē Gründ faren, da man feyert.* It. de anno 1537. §. 1. *Tiff der Stadt Lindau Gründen und in derselben Gebieth und Obrigkeit etc.* Im FISCHER-VERTRAG de anno 1554. et 1596: *wirer hinfüro untern den Fischern zu Lindau, Bregenz, in der Au, Hardt, Fuffach, Wasserburg, Nonnenhorn und Argen des Fischens halber ob dem Rhein und Argenhorn gehalten werden soll;* ibi: *Mag ein jeder Fischer, in diesen Herrschafften, doch allein an den Orten, da er gefessen, und jeden Orthes Grund ist, wohl treiben, bey Straff 1. Pfund Pf.* Ita quoque cautum im FISCHER-VERTRAG de anno 1614. art. 4. *daß die Lindauische Fischer sich hinfüro auf den Hardter, Fuffacher- und andern benachbarten Gründen ihre Soginen von früe morgens an allein bis umb 12. Uhr zu Mittag und langer nicht zugebrauchen schuldig bey Straff 2. Pfund Pf. jedoch daß sie auf ihren Gründen an solebe Zeit nicht gebunden seyn sollen.* Et Art. 9. *daß die Fischer von Hardt diejenige Aengel, so die Fischerzunft zu Lindau ihnen abgenommen hinfübro auf den Lindauischen, Wasserburgischen und andern benachbarten Gebiethen und Gründen ganzlich unterlassen, und sich deren allein auf ihrem der Hardter Bezürhk bedienen sollen, bey Straff 3. Pfund Pf.*

que non impedimento vel damno sint *auf ihren Gründen, Fächern, Reysfern, Errachen, Hoffstetten und Ehehässinnen d.* Hinc etiam factum est, vt piscatores illi *Lindauenses*, qui anno 1598. iuxta pagum *Immenstadiensem* die quodam Catholicorum festo piscati erant, et in quos eius loci magistratus animaduertere volebat, animaduersionem intentatam effugerint, eo, quod non in Immenstadiensi districtu maritimo, sed in pleno ac libero mari *in dem gefreyten West-See*, piscati essent.

## §. X.

Sed quemadmodum nulla regula sine exceptione est, sic quoque non solum ciuitas *Lindauia* in superiori *Lacus* parte et ad medium vsque maris ab omni tempore iurisdictionem exercuit, id quod pluribus peculiari Sect. IV. demonstrabimus, sed etiam possessores Comitatus *San-montani* a longo seculorum interuallo omnimoda iurisdictione *sue aller hohen Forstlich und Glaidtlichen Obrigkeit* in inferiori eius parte *a Cesare et imperio* iure beneficiario inuestiti sunt, et quidem ob ostio annis *Schuffii* per lineam rectam ad pontem vsque *Constansensem*, veluti definiuntur hi limites maritimi in tabulis antiquissimis, his verbis: *von der Schuffen in dem Bodensee, und durch den See gen Petershausen an die Rheinbrugg, und von der Rheinbrugg gen Dingelsdorf in die Linden, und von der Linden gen Sernatingen.* Atque in hoc tractu maris *Saewici* non solum ab omni aetate tam alta quam forestali iurisdictione aduersus quemcunq; vsi sunt, et innumeros eius actus cum in caussis delictorum, tum in caussis forestalibus exercuerunt, sed etiam adhuc ipso facto certis temporibus in signum omnimodae iurisdictionis

d) vid. BVCHHORNISCHER VERTRAG de anno 1592. zwischen den Costanzisch - Land - Vogtheysch - Montfortisch - und Buchhornischen Fischern, wegen des anbenckens und zoekbens mit dem Angel in - und um die Fäch oder Reysfer auf deren eigenhümlichen Hoffstetten und Ehehässinnen im See innerhalb den Halden.

dictionis nauibus mare circumuehuntur, et ludis iaculatoriis, explosionibus tormentorum, aliisque actibus possessionem continuant e). Quapropter in hoc districtu ciuitati *Vberlingae* iuxta pacta conuenta alta tantum iurisdictio *allein auf 10. Ruthen oder 150. Werckschuh in dem See hinein von der Stadtmaur oder dem Landt, jederzeit des Jahrs vor angehenden Wassers anzurechnen oder zu messen*, sed propter pagum *Hagenouiam* bassa iurisdictio competit *allein bis an die Fäch oder Leginen der Fischer*. Et cum ex parte coenobij *Salemmitani* (*Salmansweil*) cui quippe olim iurisdictio a possessoribus Comitatus *San-montani* tantummodo *zu Holz und Feld* concessa fuit, paucis abhinc annis, prope vicum *Mauracensem* pali aliquot ad metam iaculatoriam constituendam, in mare immitterentur, eoque ipso speciem quandam iurisdictionis maritimae sibi arrogare vellent, huic actui possessores Comitatus *San-Montani* in continenti contradixerunt, deiectis et dirutis palis in aqua defixis.

e) vid. BECK in Tr. de Iurisdic. Forest. C. i. §. 5. vbi refert: *Heiligenberg tragt so gar den Forst auf dem Bodensee, von der Schussen an bis an die Rheinbrugg bey Costanz von dem H. Reich zu leben, velari probatum est in causa Heiligenberg contra Uberlingen einen auf dem Bodensee abgefingenen Hirsch betreffend* vid. PALLER in Not. ad KLOCK. de aerario L. II. C. 5. n. 33.



## SECTION

## SECTIO IV.

DE IVRIBVS PRIMARIIS AC PRAE-  
ROGATIVIS LIBERAE S. R. I. CIVITATI  
LINDAVIAE IN MARI SVEVICO  
COMPETENTIBVS.

## §. I.

**L**indavia, seu Lindaugia, Lindau S. R. I. vrbs anti-  
quissima a), in ipsa Lacus Aconiani Insula sita,  
fluctibus vndarum vndique circumfusa (vnde non-  
nulli Venetias Sueviae appellant) olim lapideo  
iam abhinc 60. et ultra annos ligneo et quouis periculo im-  
minente facillime destruendo ponte CCC. vsque passuum  
continenti iuncta, situ et opera munitissima, suauissima Patria  
mea, prae aliis ciuitatibus maritimis gaudet PORTU, nulli  
non navigationum et negotiorum generi opportunissimo,  
ventisque omnibus peruio, fortalitiis quoque et castellis,  
praecipue Romano illo munimento ac propugnaculo iam  
tempore Constantinorum ex fundamentis pelagi Aconiani  
educto alias die Burg dicto, turribus itidem ac speculis ad  
obseruandos cursus nauium, indicandamque earum acces-  
sum, periculum et naufragium, munito, adeoque tutissimo  
et extra omnem controuersiam praestantissimo in mari Sue-  
uico receptaculo b).

## §. II.

a) De cuius origine et praerogatiua antiquitatis prae illustri  
ad D. Virginem Coenobio, quod Lindaviae est, vid. Venerand.  
PARENTIS supra allegata Dissertatio Apologetica Sect. II.

b) STUMPFIVS Chron. Heluet. L. V. C. IX. scribit: Lindau  
ist der ältesten Schifflande am Bodensee eine, und achtens etliche,  
daß der Kayser Tiberius auf diesem Platz sein Lager und Schiff-  
rüstung wider die Vindelicten gehabt habe, darvon Strabo im 7.  
Buch schreibt. Es wird auch aus Ammiani Anzeigung erachtet,  
daß der Römisch Gebietber und Feldherr Constantius allda wider  
die Allemannier sein Wesen und Lager gehabt, und ist auch ber-  
währet allezeit ein vernampfter Paß und Überfuhr des Bodensees ge-  
wesen.

## § II.

Sane *Portus* seu *Gulphus* ille *Lindav.* non solum ob situs loci tam ad structuram, quam stationem nauium perfectissimam commoditatem, amplitudinem, securitatem, sed etiam ob frequentiam et multitudinem cuiuscunque generis nauigiorum c) primas facile tenet prae ceteris *Lacus Bodomici* nauitibus. Et si nauigia ipsa spectemus, non minus palmam praeripiunt, horum quippe longitudo, quae primae magnitudinis *Lödimen* vulgo appellantur, centum et ultra, latitudo vero viginti quatuor pedes Rhenanos exaequat. Utuntur quidem non nisi vno velo seu carbaso, in media fere naui constituto, cuius tamen malus ad 80. et antenna seu lignum per transversum in malo positum veloque alli-

G

gatum

wesen. Man sieht bey dem Thor, darvon die Prück hinüber gadt, ein wunder alten Thurn, die Heydenmaur genant. Et ita quoque *VADIANVS* in *MSto* Germ. von dem Obern Bodensee: *Lindov* hat den Nahmen von der Insel, auf die sie gebauen ist, welche die Teufelbe auch eine Aw nennen, als unson in demselben See die *Mainorovv*, im *Zeller-See* die *Kychouvv* etc. an diesem Platz ist der alteßen Schifflande eine gewesen, die am Bodensee liegend, und trag mit Zweifel, dann daß der Kayser *Tiberius* auf diesem vrabrlichen Platz seine Schiffkrückung vider die *Vindictiter* und *Schwaben*, seine Prouinz zuerweiteren, gehalten habe, und dahin seine Macht wann er hat wollen, ob dem Gegengelande bringen und führen mögen, und viel Jahr nach demselben Kayser *Constantinus*, wie er für *Kempten* heraus an dem Bodensee kam, sein Wesen aldar gehabt habe.

c) Vnde etiam *αὐτόπτης* *CRYSIVS* in *Annal. Suen. Lib. Paralipom. C. XX.* *Vebuntur per Lacum nauigia praealta, ampla, ponderosa, eorumque multa quotidie fere velis albis Lindauiam multis cum hominibus et mercibus ex Rhaetia, Heluetia, Italia. Importatur vinum, frumentum et alia. Oppidum multis et egrugis aedificiis est ornatum, aquis, castris, moenibus, turribus, palis circum defixis, armamentario denique instructissimo praecclare munitum.* Quin imo *Portus* iste *Lindauiensis* tanta nauium copia instructus plerumque reperitur, vt patrum nostraque memoria saepius aliquot millia milium inde naues solucte et mare traicere potuerint.

gatum ad 70. pedes excurrit. Carinae nauium sunt planae, costae autem conuexae, prorae aequae ac puppes admodum erectae et ad magnitudinem fluctuum et tempestatum commodatae, illae absque rostro quidem, sed cunei in modum acutae; hae vero ubi sedet gubernator et clauum tenet, decurtatae. Et eiusmodi naues onerariae cum omni apparatu nauali instructae duobus saepe millibus centenariis et quod excurrit, onustae conspiciuntur.

### §. III.

Ob hanc situs commoditatem *Portusque* excellentiam *Ciuitas Lindauia* praecipuam in mari potestatem ab omni aeuo sibi vindicat, suumque dominium et imperium prae reliquis ciuitatibus etiam extra districtum ordinarium exercet, veluti non ex usu solum et exercitio longissimo sed etiam ex documentis antiquissimis probatum tenemus. Quemadmodum enim *Constantia* in parte *Lacus Bodanici* occidentali vel inferiori ex *diomate* nautarum et piscatorum *Niederland* dicta, ita et *Lindauia* in superiori quoad res nauticas et piscatorias praecipuas semper habuit partes *d*). Vnde Tribus *Piscatoria Lindauensis* a suis Contribulibus aequae ac ipsis Magistratibus cis et trans *Lacum* omni tempore *als die rechte mit Freyheit versehene Fischerzunft*, uti formata vtitatissima sonant, est, ad quam in casibus litigiosis pro-uoca-

*d*) De hoc testantur tabulae antiquissimae de anno 1303. quae continent conuentionem inter *Lindauenses* tribunos pro se et nomine omnium ac singulorum circumcirca *Lacum* habitantium piscatorum et inter *Brigantinos* eorumque Dominos *Hugonem* et *Wilhelmum Comites Montfortenses* de certa *Sagenarum* specie initam, in verbis: *mit den Vischern zu Lindau und mit derselben Vischerzunft gemainlich zu Lindau, die des mit usß von aller Vischer wegen gemainlich umb den Bodensee für sich und ir nachkommen auch lieblich und freuntlich in ain kommen sindt von der Garn wegen, die man nempt Haldengarn, und die man zeücht zu den Grünigen etc. Immerme ewiglich, und welcher das überfert, der soll der Vischerzunft zu Lindau darum verfallen 5. Pfund Pf. als dick ers thuet.*

uocatum est, cuius rei-exempla ac praeiudicia in casum si opus, luculentissima tam antiquiora quam recentiora allegari possent. Ita enim ab ea ius olim petiisse nouimus *Wasserburgum, Bregentiam, Fussacum, Arbon, Romishorn, Rossacum* aliasque ciuitates, quae in Heluetia et in Imperio sitae sunt.

## §. IV.

In specie autem competit Lindauiensibus a temporibus antiquissimis potestas illa tribunitia, *Zunftzwang*, in districtu Lacus superioris ampliori a cornu Rheni ad cornu vsque *Argae, innerhalb dem Argen- und Rheinhorn*, cui subiecti sunt non solum omnes ac singuli piscatores, qui in eo tractu degunt, in specie *Bregentim, Hardtenses*, et qui sunt *Fussact, in Augia, Wasserburgi, Argae, Nonnenhorn*, qui in causis ac rebus piscatoriis ibi ius dicunt et petunt. Hinc tribus piscatoria *Lindauiensis* eo nomine Edicta interdictionaque i. e. *Gebott und Verbott proponere*, item statuta et placita *Imnungen und Ordnungen* condere potest, quibus modus piscandi in hoc tractu maritimo quouis tempore seruandus praescribitur, quo nempe tempore enauigandum, quid obseruandum, quom piscis coit, *wann der Fisch leicht*, quis positus sit retium, quibus corbis et saginis utendum et his similia e);

G 2

quibus

e) In exemplum allegare licebit die SATZ- und ORDNUNG de An. 1422. der Sonn- und Feyrtagen halber, vbi: *Ich Hansß Gerung zu dem Ziten Zunftmeister der Vischer und Scheffent zu Lindaw, und wir sin Ainliff verjehent, daß wir mit Willen und Raute des Bürgermeisters und des Raucz zu Lindaw ufgesetzt haben, daß alle Vischer interhalb dem Argenhorn und interhalb dem Rinshorn von dem Sompstag zu Vesper zeite unz an den Sonnentag zu Mitternacht erberklichen furen sont, darzu die vier Frauen tege. Is. die drü hoch zit etc. die Neze mit beben noch sibben sollen, bey 10. schilling Costenzer Pfeming. In dessen Conformitate auch in An. 1461. einige Contrauenienzen von dem Lindauern ipso facto gepfandet, und vigore Laudi Constantiensis in poenam praedictam condemniret worden sind, verbis: daß weitem die Fischer von Costenz und von Buchorn in der*  
Lin-



quibus etiam omnes piscatores contribules nunquam non libenter paruerunt, veluti comprobant vetustissima PACTA et STATUTA de annis 1393. 1422. 1433. 1478. 1536. 1537. 1554. 1596. 1610. etc. et abunde testantur de praerogativa illa et eximia potestate ac iurisdictione Lindau. in praedicto tractu piscatorio, per verba: *in der Stadt Lindau Obrigkeit, Gezirckh, Gebieth und Gericht innerhalb dem Rhein- und Argenborn*, quae regulariter ordinariam inferunt iurisdictionem, et dictioni *Gerichtszwang* omnino aequipollent, vid. ACTA LINDAVIENSIA passim.

## §. V.

Et vigore huius praecminentiae ac iurisdictionis, quam Tribus piscatoria *Lindaviensis* exercet in Lacu *Bodanico*, *Lindavia* per aliquot saecula communi omnium interessentium consensu et approbatione in quieta possessione, usu et exercitio Directorii in Conuentibus ac Diatris piscatoriis, *auf allgemeinen Fischertagen*, quae interdum Lindaviam ad emendandum ~~generalem~~ *Constitutionem piscatorium*, et ad tollenda quaevis emergentia gravamina et abusus indici, ibique quotannis praesertim ante quam ieiunium quadragesimae incidit, quando nempe tempus ad capturam vel piscaturam albularum et lacustrum, *das ansfahren an die Gang- und Claußfisch* determinari solet f). Praeterea omnia a piscatoribus

*Lindauer Gebiet und Gerichten wider ir Verordnung gefischet, und angefahren, si auch Irren büßfällig worden seyen, und daß auch die von Lindau strom bey ihr obgeschriebnen Satzung und Straff billich betriebs sellend.*

f) Idque *vi antiquissimarum CONVENTIONUM* de An. 1393. et 1596. vbi art. I. daß man alle Jahr zeitlich vor der Fasten von Lindau aus den gemachbarten zu Bregenz, Feldkirch oder Füssen, auch Argen und Wasserburg wegen Anfahrens an die Gangfisch schreiben, und jedes Ort einen Mann ordnen soll, welche zu Lindau zu der Fischer Obmann auf einen bestimmten Tag zusammen kommen, und mit einander abreden, wie dann das ansfahren erwehret, und von E. E. Rath zu Lindau. (bey dessen Ratifica-

toribus in mari intra cornu Rheni et cornu Argae perpetrata facinora, aliaeque ad rem piscatoriam pertinentes causae, praeuia saepius ex quolibet districtu Magistratus permissione ac requisitione, coram tribu Lindauensi disceptari et dirimi solent, qua de re, si necesse esset, exempla ac praecidia innumera ex publicis tribus commentariis proferri possent g).

## §. VI.

Adhaec Ciuitas *Lindauensis* amplum sane tractum territorii iuxta mare tenet, qui tantum in latitudine patet, quantum milliare germanicum distat, nempe a fluuio *Liblaco*, qui territorium *Lindauense* et *Brigantium* diuidit, et ad ciuitatem pertinet, iuxta pacta conuenta, *so weit der Rumes eine Feder in den See treibet*, vsque ad lapidem terminalem, *Degelsstein* dictum, et in ipso *Lacu* situm, vbi territorium *Wasserburgense* ingredimur. Hinc quoque in documentis antiquioribus fines sequentem in modum describuntur: *Uff unsern Grund, nemlich von der Liblach an bis gen Degelsstein; oberhalb der Stadt von der Liblach an, und unterhalb der Stadt bis gen Wasserburg hinab, Wem zwischen der Liblach und Degelsstein.* Quin haec vrbs omni tempore tanquam ~~natura et arte munitum~~ et mediis in vndis situm castrum limitaneum, quod nullus vnquam hostis expugnauit, habitum et conseruatum est. Iure igitur merito, id quod nullum dubium habet, et ex notorio iure fortaliorum iurisdictio et imperium eo vsque in mari illi competit, quo vsque tormentum explosum fertur, vti recte Ill. Dn. de LVDEWIG in *reliquiis MStor. omnis aevi diplomat.*

G 3

Tom. VII.

*zification es bewenden solle) gutgeben wird, dabey solls verbleiben, und nach demselben an die Clauß- oder Gangfisch miteinander angefahren und wider geendet werden.*

g) Vixit nouissime in causa der *Fischer zu Nardt* contra die *Fischer zu Haechst und Fussach* praeuia Citatione partium et conuocatione Contribulium po. turbationis et attentatorum in ipsorum districtibus piscatoriis perpetratorum, iudicatum esse nouimus.

T. VII. p. 533. statuit, cuique munimento circum circa tantum spatium relinquendum esse, quod explosio tormenti non superet. *Jede Vestung soll den Gerichts-Zwang haben, so weit ein Canon-Schuß gehet h).*

§. VII.

At vero *Lindavia* omnimodam iurisdictionem *Gebiets und Gericht auf dem Bodensee* non modo eo vsque, quo vsque mare vadofum vel cliuosum prope ciuitatem se extendit, et tantum *auf ihren Gründen und Haldinen*, vt alii vicini Status, nec etiam ad mensuram tormenti explosi, sed ad medium vsque Lacum, et quousque Lacus ille alteri regioni vel terrae magis vicinus non est, a maioribus traditam accepit, eamque absque vlla vnquam contradictione legitimum vetustis temporibus, tum recentiori aetate per centenos actus possessorios exercuit, id quod innumeris *serè* praeiudiciis et testimoniis luculentissimis, tam *Circuli Sueuici*, quam ipsorum Statuum *Austriacorum* et *Helueticorum* vicinorum satis superque probari posset. Sufficit iam allegasse, si praecua requisitione facinorosi in mari tradi debent, vt carcere includi possint, illud semper, aut in flumine Liblaco tanquam certo et indubitato territorii limite, aut in medio Lacus, *auf der halben See*, nec vnquam alio loco, datis solitis Reuersalibus de non praeiudicando, armata quoque manu, in vinculis sub custodia lictorum fieri solere. Et sic vice versa vicini quoque Status saepe a ciuitate *Lindavia* postularunt, vt illi, qui in mari et quidem in altero districtu territoriali, ad medietatem eius se extendente facinora commiserant, sisterentur, et traderentur. Ex recentioribus huc pertinent praeiudicia vtriusque generis de anno 1676. 1686. 1687. 1714. 1729. 1733. etc.

§. VIII.

*h) vid. Ven. PARENTIS Deductio Apologetica sub titulo: Gründliche Ausführ- und Rettung des H. R. R. Stadt Kempten ubralten Herkommens und Reichs Immediesat, wie auch derselben Freyheiten, Rechten und Gerechtigkeiten in der priuilegirten Bann-Meile wider die anmaßliche Beanspruchung des Fürstl. Stifts daselbst. P. II. §. 1. Edit. An. 1731.*

## §. VIII.

Quemadmodum vero actus eiusmodi Iurisdictionales, ad merum Imperium *hoben Obrigkeit* pertinentes, locum, ubi peraguntur, de Territorio et pertinentiis Ciuitatis esse ostendunt, quia citra ius et nomen territorii exerceri haud possunt, ita etiam ad probandam iurisdictionem vniuersalem Ciuitati *Lindauensi* in medium vsque lacum competentem admodum apti et sufficientes sunt. Quando enim intentio alicuius Status vel Ciuitatis de iure publico et communi ratione Territorii, domini et superioritatis fundata est, tunc etiam per singulares actus nedum possessio illius speciei, quam actus ille respicit, sed etiam generalis iurisdictionis possessio acquiri et retineri, atque sic exercitium vnius comprehendi sub vniuerso et ad vniuersalis iuris possessionem referri poterit, praesertim quando plures actus ad eundem finem tendunt etiam in diuersis speciebus. Idque vel maxime, si actus sunt legitimi, publici, notorii, non clandestini, nec via facti exerciti, adeoque legales et iuridici, et insuper quoque ad probationem seu acquisitionem iurisdictionis vniuersalis sine exceptione habiles, proportionales et correspondentes, eamque necessario inferentes. KNICHEL, de *Iurisd. Territ. C. III. n. 200. seqq.*

## §. IX.

Deinde in vulgus constat, a multis retro seculis *Lindaviae* naues excursorias, exploratorias et excubitorias armamentis necessariis instructas nullo non tempore paratas esse, earumque numerum tempore belli et casu ita exigente ibi augeri. Sic durante bello tricennali complures naues armatae sunt ad liberum in mari commercium tuendum, et prohibendas excursions frequentes, quibus Sueci, tum *Vberlingam*, *Mainauiam*, et castellum *Longae Argae* tenentes, infestabant Lacum *Bodamicum*, in eoque late dominabantur. Obiessis tum ciuitatibus *Constantiae*, *Vberlingae* et *Buchar-nae*, necessaria, quae ad adparatum belli, et victum pertinent, inde subuecta sunt, item copiae adductae ad frangendum

gendum et profigandum hostium impetum, id quod praefertim A. 1633. et 1634. non absque successu prospero contigit. Vnde *Lindaviae* contigit, quod nescio, an vlli, vt a longo iam tempore non solum omnibus, qui mari fiunt, conuentibus inuitata accesserit, et prae ceteris omnibus foederibus maritimis adiuncta sit, sed etiam in comparandis copiis, extruendis nauibus, aliisque necessariis, quae ad belli apparatus pertinent, maximam plerumque partem praestet, simulque curam et onus defensionis et protectionis superioris Lacus ad *Buchornam* vsque in se suscipiat, de quo in specie Foederis maritimi RECESSVS de A. 1632. et 1637. testantur.

## §. X.

Vnde etiam pro singulari praeminentia sibi tribuit *Lindavia die Beceurtz- und Bestraffung des Bodensees*. Quod enim est in terra ius conducendi, *die Glaitsherrlichkeit* et ius indagandi, *persequendi* ac conquirendi, *das Straiffen*, id etiam est in aquis *das Creutzen*, cui quippe non tantum inest securitas, protectio et defensio navigationis et commerciorum, sed etiam indagatio, persecutio et animaduersio grassatorum ac transgressorum. Et quemadmodum ius illud conducendi ac indagandi regulariter cohaeret superioritati ac iurisdictioni territoriali, imo pro indubitato superioritatis indicio, tessera ac simbolo haberi statuunt Iuris tam publici quam ciuilibus Doctores <sup>i</sup>); ita quoque iure ordinario competit ius illud maritimum, *das Creutzen* cuius Domino territoriali, qui tenetur indagare, persequi et conquirere securitatis maris et fluminum infestatores ac transgressores Edictorum publicorum, *die Contrabandisten*, ideoque etiam in mari habere naues

<sup>i</sup>) WEHNER VOC. *Landtsfürstl. Obrigkeit*. ERTEL. *von der Nidern Gerichtbarkeit*. P. I. C. XV. OTTINGER *de iure Limit.* L. I. C. IX. n. 24. SECKENDORF *Teutischen Fürsten-Staat*. C. III. reg. 3. n. 1. IO. IOS. RADER *Lindau. de iure cond. vulgo Glaitsherrlichkeit* §. 18. et 45. aliique.

naues exploratorias et excursorias, *Fagd- und Convey-Schiffa*, securitatem maris explorantes tutantesque k).

## §. XL.

Et hoc Regale eximium ac praecellens *Lindauenses* non tantum in districtu suo ordinario, et quousque dominium et imperium Ciuitatis maritimum regulariter patet, sed et longe vltra limites et in toto ac vniuerso fere mari Sueuico armatis suis et ciuitatis insignibus ornatis nauibus exploratoriis et excursoriis ab omni aeuo, idque non solum durante foedere, quo septem veteres foederati pagi tenebantur, sed postea etiam exigente casu et necessitate publica exercuerunt. Huius vi illud tantum exemplum ex seculorum XV. et XVI. memoria, quod de *Marquardo de Amiso (Embs)* historiaram annalibus consignatum est, repetere et commemorare iuuat. Hunc enim A. 1405. ob excursiones piraticas, quibus in mercatores *Basileenses* grassatus erat, rogatu ciuitatum foederatarum *Lindauenses* consecrati sunt, eumque captum tamdiu in custodia retinuerunt, donec satisfactas Reuersales de non vindicando, et cautionem duorum millium aureorum, *Rhenensium* dedisset. Sic quoque A. 1552. et 1560. naues quaedam *Constantienses, Bregentinas et Fuffacenses*, eiusmodi grassatoribus repletas, quae ciuitatem noctu tympanis ac tibiis, bombardis et pyrobolis infestauerant, a *Lindauensibus* nauibus, quae semper expeditae et in promptu sunt exploratoriis: disturbatae et fugatae sunt, nonnullique ex grassatoribus capti, qui tamquam infestatores et violatores pacis publicae et alieni territorii in vincula coniecti, meritas dederunt poenas. Anno 1598. *Marggrauius Burgauensis* omnisque eius comitatus nauibus *Lindauensium* exploratoriis, more solempni et solita honoris testificatione, mari *Fussaco Lindauiam*, et A. 1604. Archidux *Maximilianus Bregentia Constantiam*

H

stantiam

k) BESOLDVS *Thef. Pract.* voc. *Straiffen*. PHIL. ALBERT. ORTH *de regali conducendi iure* p. 189. L. B. de LYNCKER *de iure conduc.* §. 45.

stantiam traductus est. Et quum A. 1693. Capitaneus quidam Austriacus mari in praeiudicium ciuitatis nonnihil attentasset, ipsi Circuli Directores suasores et auctores fuerunt, vt pluribus nauibus armatis contra quoscumque turbatores exirent, et possessionem longo ante tempore quaesitam manu forti tuerentur.

## §. XII.

Quid? quod *Lindauiae*, tam superiori, quam nouissimo bello, cum Gallis gesto, prohibita rerum hostilium et frumentorum exportatione a Circulo ius indagandi, persequendi et conquirendi securitatis maris et fluminum infestatores aequae ac transgressores edictorum publicorum, iusto titulo ipsi quaesitum, ita vindicatum et defensum est, vt de facto illud in hunc vsque diem, durante adhuc interdicto frumentario, nullo contradicente et impediante, non solum in districtu suo ordinario et quousque eius dominium, vt hactenus probatum est, se extendit, sed in superiori quoque *Lacui*, quam late patet, ab ea exerceatur. Hinc saepius transgressores vsque ad *Heluetiae*, aliasque oras persequuti sunt, eorumque naues interdictis frumentis onustas detinuerunt, et ereptis frumentis fisco addixerunt 1).

## §. XIII.

Denique et illud inter praerogatiuas, quas tenet *Lindauia* in mari *Sueuico*, referendum est, quod illi, vti cura et tutio

1) In cuius rei testimonium omni exceptione maior signaturam vt vocant, recentissimam adducere licet, sequentis tenoris: *Nachdem die Reichs-Stadt Lindau bey gegenwaertigen Creyßs-Convent um Refusion der angegebenen Creutzungs-Cassen auf dem Bodensee gebetten, hingegen man von Creyßs wegen sich damit um so weniger beladen kan, als dieses nicht res Circuli ist, sondern der loeblichen Stadt das Creutzen zur Conservation ihrer eigenen Iurium gerechet, als wird derselben solches pro resolutione hiemit angefügt.*  
*Décree. Ulm den 20. Dec. 1734.*

tio superioris Lacus *Bodanici* plerumque foederum maritimorum Recessibus, ita quoque conquisitio navium in locis apertis et indefensis, *an unverwahrten Porten und Stödnen* committatur. Quod cum in finem fieri solet, ut naues imminente periculo hostili in portum Lindauientem, tanquam receptaculum tutissimum deferantur, earumque usus casu exigente pateat et ne ab hostibus is in praedicium publicum et vicinorum statuum intercipiatur. Quae conquisitio est species angariarum, de quibus L. 4. §. 1. ff. de Veteran. et L. 7. C. de Fabricenf. quasque Germani ac Belgae appellant premere naues aut exprimere, *seruire, pressen*. LOCCEN. *de iure maris. et naus. L. 1. C. §. 2.* STRAVCH. *de Imp. mar. C. VI. §. 2. 3. 4.*

§. XIV.

Coronidis loco breuiter adhuc dicendum est de Iure Stapulae, *Staffel- und Niederlags-Gerechtigkeit*, quo gaudet *Lindauia* a tempore immemoriali ob commoditatem et rationem situs, portus excellentiam, praeminentemque prae aliis Ciuitatibus in mari potestatem, non quidem cum pleno iure, sed exonerandi saltem, mensurandi, soluendique vectigal; Ius quippe Stapulae necessitatem vendendi merces exoticas non semper comprehendit, sed tantum appulsam et exonerationem illarum. BESOLDVS in *Continuat. Thef. Pract. VOC. Geranium.* KLOCKIUS *de Contribut. C. 1. n. 272.* ELBERT. LEONINVS *Cons. 7. et 8.* In specie vero LEHMAN. *L. IV. Chron. Spirens. C. 22.* cuius descriptio Stapularum Rhenensium ob exactissimam conuenientiam cum Stapula Lindau. inprimis hic applicari meretur: *Sie haben diese Gerechtigkeit, scribit, erstlich welche Schiff auf- und abfahren, und mit staffelbaren Gütern beladen sind, daß sie daselbst aufkehren, dieselbe ausladen, ins Kauffhaus führen, niederlegen, und davon die Schuldigkeit zahlen müssen, welche nach entrichtetem gebührlichen Accis überschlagen, d. i. in andere Schiff oder auf die Ax geladen, und weiters verführet werden. Die andere Eigenschafft oder Gerechtigkeit*



keit der Staffel ist von Alters gewesen und noch, nemlich Kaufhaus, (Lindaviae Gröd-Wein-Salz-Waag-Kaufhaus, Fiscal-Gewölbe) Kränen, Schiffer und Kärcher, desgleichen Kaufhaus Oberherrs, Kränen-Meister und Kaufhaus-Knecht (Lindaviae Stühlinsberr, Grödmeister, Zoller, Guestfertiger, Waagmeister, Hofer, Einzieher, Karrer, Trögelt- und Spöd-Knecht etc.) die dritte, daß die Kaufhaus-Verwähner über die aufgeladene und niedergelegte Staffelloar erkennen, und richten, und die so unfertig verworffen, und den Fohrtten zu Schiff und der Ax-Ordnung ausfagen (Lindaviae nach denen Schiff- und Lodi-Staffel-Waag-Lad-Gütert- und Zoll-Ordnungen) Und etiam STYPMANN Lindaviam in specie inter eas Ciuitates refert, quae iure Stapularum gaudent P. V. C. 2. n. 8. de iure maritimo.

T A N T U M



# APPENDICVLA. RATIONES,

*Warum dem Höchst-Löbl. Ertz-Haus Oesterreich von dem Hoch-Löbl. Schwäbischen Crayss- und sonderheitlich dessen in und an dem Boden-See situirten Fürsten und Ständen, das so genandte und neuerlicher Dingen praetendirende Dominium Maris weder in petitorio, noch possessorio eingestanden werden könne. Und zwar*

I.  
**S**i notorisch, wasmassen der freye Boden-See biß auf Costantz, zwischen dem Schwäbischen Crayß und der Eyd-Genossenschaft die Grenz-Scheidung constituiret, und ~~an~~ ~~ist~~

II.  
Die gerade Lini von einem Termin biß zum andern von lauter Crayß-Ständen benandlichen Hoch-Stift Costantz, Heiligenberg, Salmansweyl, Weingrthen, Montforth, Fugger, Überlingen, Lindau, Ruchbarn, etc. besetzt würid, Also haben auch dieselbe

III.  
Nicht allein seorim sumpti nach eines jeden Recht und Extension ihre habende Jurisdiction auffm See würcklich und rubig-lich je und allezeit exercir, sondern auch

H 3

IV.

## IV.

*Bey anmahenden Feinds-Gefahren diesen See, als die Gränzen des Craysses mittelst geschlossener Allianzen in würckliche Defension gesetzt, sonderheitlichen aber die Vffstung Lindau, samt andern sogenannten haltbaren Plätzen eine gewisse und Reccessmäßige Anzahl Schiffe armiret, allermassen allein drey unterschiedlichmahlen, und zwar letztmahls in Anno 1677. unter Praesidio und Direction des Hoch-Fürstlich-Costantzischen Herrn Cantzler Eberhards geschehen ist, derentwillen auch die jedesmahlige Original-Recess annoch vorhanden seynd, Und noch weiters*

## V.

*Bey erfolgten Frantzös. Friedens-Bruch, in An. 1701. der Herr General Stadel, damahliger Commandant in Costantz, des See-Verstorbenen Herrn Bischoffen Hochfürstl. Gnaden, lauth vorbandenen Schreibens gantz angelegentlich ersucht hat, daß dieselbe mittelst Dero Autorität eine Renouation ermeldter letzterer See-Allianz vorzubringen wolten, Ja es haben*

## VI.

*Nicht allein die jederweilen commandirende Kayserl. Herren Generalen, in Specie aber beide Feld-Marchallen von Stahrenberg und Caprara das Hoch-Fürstliche Crayß-Aus Schreib-Ampf, um nothdürfftige Defension und Bedeckung des Boden-Sees zum offtern inständigst ersucht, sondern*

## VII.

*Ihro Kayserl. Majest. selbst in schrift- und mündlich durch eigene Abschickung ihrer Ministrorum, sowohl beide ausschreibende Fürsten insgesamt, als sonderheitlich des Herrn Bischoffen zu Costantz Hochfürstl. Gnaden in particulari oberrnädigt requirirt, daß dieselbe den Boden-See beschloffen halten, und mithin auff demselben dero ins Reich ausgehoffens Kayserl. Mandato*  
*exequi*

exequiren wolten, so auch jedesmahls manu armata erfolgt, Zumahlen dabey

## VIII.

Dieses Speciale wohl ad notam zu nehmen ist, daß nachdeme dermaleinst von des Löblich-Schwäb. Crayses bestellten Inspector ein Schweitzerisches Schiff attaquiret und überwältiget worden, derentwillen aber zwischen demselben, und der Eyd-Genoßschafft groffe Mißverständnuß entstanden, der Herr Baron de Neveu als Kayserl. Oesterreichischer Envoye bey der ordinari Tag-Satzung zu Baaden sich proprio motu ins Mittel gelegt, mithin des Crayses Parthey von selbst verfochten, zu geschweigen einen Buchstaben in den Mund genommen hat, daß dem Höchst-Löblichen Ertz-Hauß Oesterreich einige Jurisdiction auff dem See gebühre, Wie dann

## IX.

Notorium, daß der Crayß mit disponiren und exequiren je andt alweggen absolute verfahren, und hierunter von niemanden einige Contradiction gehabt hat, sondern es hat sich vielmehrers

## X.

Im Gegenspiel ergeben, daß die Oesterreich Reamte sowol zu Bregentz als Stockach, nachdeme dieselbe armirter auff dem See außzulauffen- und demnechst einige Schiffe anzufahren sich unterstanden, jedesmahls dem lädirten Theil Satisfaction verschaffen und von dergleichen Excursionen alliglichen abstehen müssen. Gleich wie nun

## XI.

Fürßen und Stände Ihrer Kayserlichen Majestät und dem Heil. Röm. Reich mit theuren Pfflichten verbunden seynd, also will sich nicht gebühren, daß dieselbe sothane fines Imperii so leichteren Dingen verlassen und sowohl demselben, als sich selbst ein irreparables Präjudiz zuziehen sollen, Gestalten dieselbe

## XII.

## XII.

*Als Principes et Status Imperii mit ihren angränzenden Land und Leuten sich das Jus Finium so gar wider das Völcker-Recht nimmermehr benehmen lassen können, noch auch werden, bevorab*

## XIII.

*Weil man ex parte Oesterreich zu diesem See keinen Zutritt hat, als einer seits wegen der Stadt Costantz- anderseits aber qua Inhaber der Herrschafft Bregentz. So viel das Erstere betrifft, da ist Männiglich bekant, wemo dieselbe annoch heut zu Tag afficiret, und daß auch endlichen dem Hoch-Löblichen Ertz-Hauß ein mehrers nicht zukommen könnte, als was sie selbst bis anhero ingehabt; Gleichwie aber so gar die Eydenosschafft denselben weiter nicht als auf einen Canon-Schuß und zwar vertrags-mässig die Jurisdiction eingestehet, Also laßt sich obnschwer schliessen, was man ex parte Circuli thun werde, da insonderheit die Schiedmarck zwischen Ibro, dem Hoch-Stift Costantz, und Fürstlichen Hauß Heiligenberg gleichsam vor dem Thor stehen, Sie auch selbst von einem Dominio vel Condominio des Boden-Sees sich bis heut zu Tag nicht traumen lassen;*

*Das Ander benandslichen Bregentz war ein Montfortisch Städtel, deme die Vöstung und Reichs-Stadt Lindau gleichsam die Thür schließet, und würdt sich sein lebtag nicht finden, daß bey selbigem Pfand-schaffilichen Tractat, dem Ertz-Hauß eine Hand breit Jurisdiction auf dem See überlassen worden, so daß diesem allem nach nicht zu ersinnen ist, aus was Ursachen oder Fundament das Hochlöbliche Ertz-Hauß oder vielmehrs der Author von diesem Tumult zu einigem Titulo eines Universal-Dominii den geringsten Grund nur eines Schein-Rechts solle hervor ziehen können. etc. Zugehörigen der an dem See gelegenen Fürsten und Ständen habenden andern Documenten-*

cumenten, Lehen - Brieffen und dergleichen stattlichen Bebelffen, welche selbige zu Behauptung ihrer biß anher ruhiglich und ohnwiderrprechlich inngehabt - und exercirter See-Jurisdiction halber bey Handen haben, folglich Krafft des Westphälischen Frieden-Schlusses §. 8. in dieser ihrer wohlhergebrachten Possession vel quali, sonderheitlich des Juris territorialis, unter keinem Titul noch Schein, wie der immer Nahmen haben mag, zu turbiren seynd, gestaltten dann Oesterreich seine Aktivität niemahlen auff dem See zu extendiren gesucht, sondern in Casibus, wo selbiges in seinem Gebieth solche sich expresse reserviret, dem Crayß alle Disposition auff demselben absolute eingestanden hat. etc. etc. Worbey pro coronide und zu noch weiterer Special-Information allein dieses annoch mit anzuhängen, 1. was massen wabrender Zeit des vorletztern Kriegs das Oesterreichische Ambt zu Bregentz einen so genannten Lieutenant und 3. oder 4. Musquetiers auff dem See creutzen lassen, diese aber von Mörspurg aus ingeholet, 4. gantzter Wochen lang mit Arrest belegt, und so lang nicht entlassen wollen, biß gedachtes Amt solche wohlverdiente Straff redimiret hat.

## II.

Der noch lebende Land-Schreiber zu Stockach, als derselbe sich gleichergestalt unterfangen, auff dem See ein Schiff anzubalten, derentwillen dem Hoch-Fürstlichen Costantzischen Deputirten auff Special-Befehl des Herrn General-Lieutenants Marggraffen zu Baaden Hoch-Fürstl. Durchl. in Gegenwart des Kayserl. Hof-Kriegs-Raths Herrn Burckhards von der Clee zu Herrenberg ein förmliche Abbitt thun, sich auch dabey obligiren müssen, auff Befehl Sr. Hoch-Fürstlichen Gnaden sich zu stellen, wohin, wann dieselbe es verlangen, dahin auch zu thun, was sie ihm befohlen werden.

## III.

Hat die Commendantsschafft zu Costantz sich eines und  
 deß andern unternommen, derentwillen aber deroßelben zum  
 Theil Leut und Schiffe manu armata hinweggenommen wor-  
 den, theils aber- und einmahlß der Vice-Commendant Baron  
 von Weylsdorff auß Allergnädigster Verordnung Kayserlicher  
 Majestæt söthane seine Charge in loco satisfactionis quittiren  
 müssen, daß auch

## IV.

Daß Nellenburger-Amt zu Stockach den geringsten Ac-  
 ceß zum See nicht habe, vorsevvoß solches demselben zumer-  
 bin ob zwar neuerlich in dem Dorff Sernatingen zurzwingen  
 suchet, da jedoch der Land-Graffschafft Nellenberg in selbiger  
 Gegend lediglichen nichts gebühret, als die Hohe oder Male-  
 firzische Obrigkeit, hingegen der Reichs-Stadt Überlingen das  
 Jus Territoriale cum omnibus effectibus, sonderheitlich der  
 Schiff-Fabrt und dem See-Zolls-Regali  
 zuständig ist. etc. etc.

F I N I S.





NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE  
SUPREMORVM IN IVRE HONORVM  
CANDIDATO

S. D.

PRAESES.

---

**N**on sine exquisito gaudii sensu reddo TIBI, doctissime WEGELINE, egregiae TVAE doctrinae legalisque scientiae specimen, quod auspicii causa, publico eruditorum virorum examini proponere sapienter apud animum constituisti. Enimvero haec ex commentatione plena bonae frugis atque reliqua vitae studiorumque TVORVM tum in hac Salana, tum in ~~inclita~~ ad Albim vniuersitate adhibitorum ratione, laetus cognoui, te laudatissimis maiorum TVORVM de republica praeclarissime meritorum, auitis cumpri-  
mis atque paternis vestigiis insistere, piurnque in patriam perillustrem LINDAVIAM animum, nobili argumento declarare, dum motus exemplo amplissimi Patris TVI, vni eruditionis et meritorum gloria splendidi, cuique res publicae *Lindausensis et Campidonsis*



mensis ac omnis literaria multum debent, Praerogativas  
quasdam iurium nobilissimae Civitatis Imperialis, illu-  
strandas sumisti, eaque commentandi rationem te-  
nuisti, quae veritatis modesta assertione se commen-  
dat. Ex his, quae recensenda mihi obtulisti, tollere  
quid, aut pium in Patriam TVAM studium turba-  
re, religioni mihi duxi, dandumque libertati Acade-  
micae prudentiae modestaeque leges haut egredienti,  
quid curavi. DEVS immortalis, qui suo numine in  
Academiis TIBI adfuit, futuros quoque labores  
TVOS doctissime WEGELINE, fortunatissimo semper  
euentu comprobet, et in virtutis regia via progre-  
dienti, atque imagines gloriae auitae et paternae in-  
tuenti, maiorum fortunam adiciat, paternisque sa-  
pientissimis consiliis suffultum ad apicem honorum  
perducatur. Ita vale et feliciter semper age.

Scribebam Ienae d. xxvii. Iunii

M. DCC. XLII.









